



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pars Tertia. Mysteriomachia Lvthero-Calvinismi. Contra Sacramenta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**



COPPENSTEINI  
 LUTHERO-CALVINISTA  
 SACRAMENTARIUS.  
 PARS TERTIA  
 MYSTERIOMACHIA  
 LUTHERO-CALVINISMI

Sacrofancta Sacramenta impugnantis,  
 DEMONSTRATA, AC REFUTATA.

I. DE CAUSIS SACRAMENTORVM.

QUESTIO I.

*Sitne utendum nomine Sacramenti?*



LUTHERVS lib. de Captiuit. Babil. cap. de Matrim. Non habet vniuersa Scriptura hoc nomen, Sacramentum, in ea significatione, qua noster usus, sed in contraria. Vbiq; enim significat, non Signum rei sacrae, sed rem sacram & secretam. Idem l. b. de abrog. Missa. Et teli conscientia meritò pauera debet, ne hoc Sacrificium appellet, aut credat, quod in Scripturis non sic dicitur. Qua enim furentior temeritate est? &c. 2. MELANCHTHON in Locis communibus cap. de Sacra. Qua aut Sacramentis, nos Signa appellamus? Quin, & ὄρα ἰδαὶ, id est. sigilla. 3. Sic & Andreas Carolstadius. 4. Zwinglius, pater Sacramentariorum, libro de vera & falsa religione cap. de Sacramentis. Vocem istam, Sacramentum magnopere super eam Germaniè nunquam fuisse receptam.

CALVINVS Instit. lib. 4. cap. 14. §. 11. Veteres qui Sacramentorum nomen signis viderunt, minimò respexerunt, quis fuisset verus huius usus latinus; sed nonam hanc significationem pro suo commodo affixerunt, qua simpliciter sacra signa designarent.

LUTHERVS viso, Carolstadium & Zwinglium haesitiosos, à voce Sacramenti abhorere, mutat secessu atque impugnat, vocem, Sacramentum, propterea quod, etsi non extet in Scriptura, Deus tamen nunquam prohibuit. Mox omnes Lutherani retulerunt idem, hodieque retinent, etsi ἀγραφεῖ, ait Kemnitius.

AUTOR. Lutheranorum pallo-  
 dia est quaedam causæ iuste victoria.  
 Rectè igitur Lutherus lib. contra eccle-  
 stes prophetas, pag. 2. Fatemur Christianos  
 non præcepisse, ut Sacramentum diceretur: sed  
 dic, ubi prohibuit dici? 2. Et.

2. Fatentur Sacramentarii, in Bibliis idem esse *Mysterium*, quod *Sacramentum*; negant autem hoc propriè dictū reperiri, in nostro significationis vsū. Ideo hi id reiiciunt, vt *ἀγαθόν*: illi recipiunt, tamen si *ἀγαθόν*. Sic tamen est in Scriptura, quatenus significat *signum rei secretæ*; & alibi etiam *rem secretam*. At Eph. 5. propriè significans exprimitur ibi, *Sacramentum hoc magnum est*: hoc sc. quod erunt duo in carne vna. Nique ita significaret; Apostoli tota ratio periret. Probare enim nititur, debere viros diligere vxores suas; quia hoc; *Erunt duo in carne vna, magnum est Sacramentum*.

3. Ita S. Patres. Quare Kemnitius fatetur vocem, *Sacramentum*, inueniri in S. Scriptura propriè significantem; sed quatenus generica est; non quā specifica. Et ipse tamē vt specificā vtitur in Exam. pag. 22. *Coniunctio viri, & vxoris in coniugio est Sacramentum coniunctionis Christi & Ecclesie*.

4. Omnis lingua ac natio vocem *Sacramentum* vsurpat propriè: vt vocum similitudinem plurium vsus obtinet cōmunis, quæ tamē nusquam in Scriptura reperitur: vt *Trinitas, Consubstantialis, Persona*, &c. Ex his liquet vanitas Sectariorum.

## QVÆSTIO II.

### An Lutherana Sacramenti definitio subsistat?

KEMNITIVS ad eam octo requirit. Sacramentum est, 1. Signum materiale, 2. diuina mandatum institutione; 3. in Novo Testamento. 4. perpetuum, 5. habens promissionem gratiæ, 6. annexam S. gno. 7. ad peccatorum remissionem; 8. vt singulis, qui cum fide vtuntur Sacramento, in particulam obsequetur.

AVTOR. AD I. Id is nec docet, nec

alicunde vsquam è Scriptura docere potest: dicit solum, quia presupponit, solum Coenam & Baptismum esse Sacramēta.

AD II. Essè Mandatum scriptum vel non scriptum, est Sacramentis per accidens, non essentialè: nam alioquin Christus & Apostoli non ministrassent vera Sacramēta ante, quam essent Evangelia descripta.

AD III. Rectè. Atque Caluinus *Inst. l. 4. c. 14. §. 7.* Kemnitius in *Exam. p. 2. c. de Baptismo Ioannis.* Melancthon in *Locis.* volunt, Baptismum à Ioanne Baptista institutum, à Christo adprobatū esse: Nqui Testamenti verò autor cum Christus sit, Baptismum eis esse Veteris Testamenti institutum oportet, proindeque nec Sacramentum esse.

AD IV. Rectè: Malè igitur Lutherus *libr. de Captiuitate Babylonica cap. de Baptismo,* numerat inter Sacramēta Rorem velleri: Gedionæi, Vmbram retrogressam Achazi.

AD V. Promissio gratiæ duplex potest videri: Vna. quæ sit effectus Sacramenti, vt signi efficacis ad iustificationē infallibilem. Hæc apud Catholicos certa inuēitur in Dei Verbo Scripto ad omnia Sacramēta: sed etiam in Tradito: apud Sectarios autem non. Nam Eucharistiæ extant promissiones tales, *Ioann. 6.* At Luthero in *Captiuitate Babylonica cap. de Eucharist.* ibi *nec syllabā de Sacramento loquitur*: Itemque Caluino ibidem cum asseclis. Nec vsquam extat alia: ergo ipsis nulla est; proinde nec Sacramentū iis Eucharistia est. Nam *Mat. 24. Marc. 14. Luc. 22.* promissio refertur ad Sacrificium Crucis, non ad Sacramentum: *Tradetur; ait, Effundetur; non, Traditur.*  
Hh Al-

Altera promissio Præcedens, quæ Sacramento obsignetur, uti sigillo. Hęc necessaria non est, quia in Baptismo nequit offendi, ergo falsa est. Dicunt Lutherus in *Visit. Saxon* & Melanchthon cap. de Baptismo: *Qui credit & Baptizatus fuerit, saluus erit*: En promissio. At non præcedens signum, sed efficacis explicatio. Dein Baptismus est eis per Ioannē institutus; illa promissio autem est post passionem facta. *Marc. ult.* Et illud, *Ioann. 3: Nisi quis renatus, &c.* est comminatio, non Institutio Baptismi.

AD VI. Falsum est. Quia Verbum Signo annecti Ordinatione Dei iussum, nunquam est promissorium; sed vel Assertorium, vel Deprecatorium. Ut *Ego te baptizo*. Item: *Accipite & comedite, &c.* Lutherani & Calviniani quod Verbū prædicatum esse formam dicant, id ex sompne fingunt cerebro; non ex Christo, vel Paulo.

AD VII. Falsum est. Quia etiam Eucharistia non est instituta ad remissionē peccatorum; sed nutritionem viuorum. *Qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat*, non remissionem peccatorū. Et tamen est verè Sacramentum.

AD VIII. Sit quæstio sequens.

### Q V Æ S T I O. III.

*An Sacramentum obsignet ut sigillum,  
& confirmet ut miraculum?*

LUTHERANI æquè ac CALVINIANI, aiunt. 1. LUTHERVS lib. de Capt. Babyl. c. de Baptismo. SVADET id ex miraculis Roris in vellere, *Iudic. 6.* Umbra retrogressæ, *3. Reg. 20.* quibus suas promissiones confirmavit. 2. Quia, *1. Pet. 2. Salus facta est baptisina, non depositio sordium, sed conscientia interrogatio in Deum, &c.* *epist. ad Rom.*, netit Lutherus *Pactum*, sic & Calvinus.

3. CALVINVS *Instit. l. 4. cap. 15. §. 7.* Circumcisio, *Rom. 4.* dicitur *Opus*, id est, sigillum pacti Abraham facti. 4. Quia *Gen. 9.* Iris dicitur signum fœderis confirmati: Sic & Sacramenta.

AUTOR. Sacramenta non sunt Sigilla, promissionem confirmantia instar Sigilli aut miraculi. 1. Quia sic esse notiora & efficaciora deberent Verbo Dei: ut Sigillum Regis est notius literis, miraculum notius, non Verbo prædicato, sed prædicantis fide. Atqui Sacramenta non sunt notiora & efficaciora Verbo Dei: nam in omni re Verbum notius est quàm signum vel nutus. Et Lutherus ait, libro contra Cochlaum: *Verbum longè prævalet signo visibili; nullam tamen per se iustificat, nisi credentem.*

2. Quia Sacramenta esse Dei Sigilla, nescitur nisi per Verbum Dei: ergo hoc esse notius deberet sigillo: at istud nullum de Sigillis extat. Et sigillum regium sine literis auctoritatem habet, literarum nullam sine sigillo: atqui Sigilla Sacramentaria illa sine Dei Verbo nullam habent auctoritatem, & Verbum sine illis habet.

3. Quia Essentia Sacramentorum nusquam intelligi melius potest, quàm ex Verbis Institutoris: At in his Sacramenta nusquam dicuntur testimonia promissionū, sed describuntur ut Instrumenta Iustificationis. Vnde in Baptismo dicimur, *Ioann. 3. nasci, Eph. 5. lau- & ficari, mundari: Eucharistia viuere in æternum, Ioann. 6. &c.*

4. Quia bona opera sunt testimonia adeptæ gratiæ longè meliora, quàm Ablutio vel Synaxis: cum impii multi ficto corde baptizentur, & communice-  
go li.

go sigilla ista gratiæ promissæ sunt aut superuacua, aut parum necessaria, &c. Plura in Bellarmino libro 1. de Sacramentis cap. 14.

**DICO AD I.** Hæc ad rem nihil. Nam miracula rectè fiunt ad probandū Deum, eiusque promissa: quia, ut supernaturalia, ex se vim habent, non ex Verbo: At Sacramenta sine Verbo nullam.

**AD II.** Interrogatio ea Oecumenio est *Baptisma* ceu pignus ad Deum. 2. Lyrano &c. est interrogatorium baptismale; *Credis in. &c?* 3. Augustino, Basilio, &c. rectius est effectus ablutionis inter: sc. conscientia bona.

**AD III.** Pactum Circumcisionis trahi nequit ad omnia Sacramenta. Deinde, Apostolus vocat eam sigillum iustitiæ fidei Abrahæ, non promissionis & pacti: idque quia ob signatam tenebat Circumcisionem cordis, olim reuelandam. Demum privilegium vnus Abrahæ transferri ad alios nequit: illud enim, quod esset pater fidelium, accepit merito iustitiæ, quam fide acq̄sierat; hinc *signum circumcisionis fuit ei signaculum iustitiæ fidei, ut sit pater omnium credentium.* Vnde circumcisio omnib. est in *συναγωγ.* sed non omnibus *σφραγίς iustitiæ fidei.* Hinc Scriptura sæpius meminit signi Circumcisionis, ac hinc de Abraham solum Sigilli.

**AD IV.** Iris & Circumcisio signa fœderis erant; sed ad memoriam iuandam; non ad fidem confirmandam: ceu & Baptismus & Eucharistia sunt Cōmemoratiua passionis Dominicæ; non Cōfirmatiua; quale est Verbum Dei promissionis, à quo illa signa pendent: Qui enim Verbo non crederet, crederet signo

minus. Ita *Chrysost. hom. 39. in Genesim.*

S. Patres verò Sacramenta vocant sigilla, tenso alio, quàm Sacramentarii. 1. Tāquam notas summi Regis, quæ eis credentes separentur ab profanis: 2. Quia claudunt intra se gratiam, ceu ob signata regis manu. 3. Quia sunt publica attestatio fidei.

#### QUESTIO IV.

*Quæ aliæ potiores Sectariorum sunt definitiones Sacramenti?*

**PHANATICI,** (vt eos Lutherus & Calvinus appellant) aiebant, Sacramenta esse symbola Christianæ Societatis, seu, ait Melancthon, *vissera ac nota sunt quibus cognoscuntur, ad quos pertinent promissiones diuine: id est, Christiani à non Christianis dignoscuntur.*

**AUTOR.** Sacramentorum vsus vt sit Distinguere alios ab aliis, non tamen est solus, aut præcipuus. 1. Quia Scriptura nusquam loquitur Distinctionis; sed Iustificationis. 2. Quia Confessio fidei melius distinguit: cum V. g. Baptismus sit veris Christianis communis cū hæreticis. 3. Quia cum Sacramenta vim habeant ex latere Christi passi, hoc nil opus fuisse: sat erat humanum placitum cuiuscunque tessere. 4. S. Patres præcul ab tali abhorrent sententia.

**II. ANABAPTISTÆ** fingunt Sacramenta esse signa vitæ etiæ, Christianæ: teste Melancthoue, Brentio, & Kemnitio.

**AUTOR.** Vt ille sit vsus ac finis eorum; non tamen solus, nec præcipuus: Tum ob prædictas rationes; tum quòd Sacramenta forent signa rerum futurarum vitæ emendationis.

**III. ZWINGLIANORVM,** Sacramenta esse initiationem & oppignorationem, qua vtentes iis se obligant Christo: ideoque esse testimonia, non iustitiæ ei, qui ea suscipit; sed toti Ecclesiæ de obligatione suscipiendis Christo facta. *Hh 2 Au-*

AUTOR. Verum hoc: sed falsum, quod alium finem vsunque non agnoscit altiore. 1. Quia sic Christus nil ageret per Sacramenta: At Ioann. 1. *Hic est, qui Baptizat*: Eph. 5. *Mundanseam*. 2. Quia Cinglius vult susceptorē Sacri: esse prius iustificatum; dein susceptione testari obligationem suam: At Scripturæ dicunt esse instituta Sacramenta ad iustificandum. 3. Qui *Rom. 6* Baptismus significat mortem & resurrectionē Christi; *1. Cor. 11*, Eucharistia est ad memoriam passi.

### Orthodoxa Doctrina de Sacramenti ratione.

Sacramentum sit, 1. *Signum*, id est, res cognoscibilis, quæ ducat in cognitionem alterius. 2. *Sensibile* cuicunque sensui. 3. *Voluntarium*, seu datum, non naturâ factum. 4. *Analogum*, rei significatæ, seu simile. 5. *Significatiuum* rei Sacræ, non profanæ. 6. *Effectiuum* rei significatæ, scil. sanctificationis, quæ hîc fiat cum suscipitur. 7. Et fiat *Vi Sacramenti*, seu instrumentalis causæ. 8. Sitque status ac solennis *Ritus*, qui hominem Deo consecret. *Bell. l. 1. c. 9. de Sacrament.* Porro, *cap. 17. ibid.* de compositione Sacramenti.

Sacramenta Veteris Testamenti videntur habuisse Res solas non Verba: at Noui Testamenti constare debent Rebus, vt materiâ; & Verbis, vt formâ; sic, vt quæ est signum, formaliter significet; quæ est causa, vim habeat operatiuam. Non tamen necesse est, vt Res non sint Verba, aut verba non sint Res: sat, si aliquid fungatur vice Rei, aut Verbi; Neque necesse, vt res & verba, coniungan-

tur in omni Sacramento, vt partes essentielles rei eiudem.

### QVÆSTIO V.

*An Forma seu Verbum Sacramenti sit Prædicatorium, an Consecratoriuum?*

LUTHERANI & CALVINIANI, in Baptismo requirunt duo genera verborum: Concionale præcedens ad instructionem; Baptismale in actu, *Ego te Baptizo &c.*

At in Cæna CALVINISTÆ requirunt vnum solum instructionis concionale, explicans verba Institutionis recitata.

LUTHERANI, verò hîc recitant verba Institutionis historice; sibi cum intentione consecrandi; Alii non citant: Vide *Kemnitium in Exam. p. 2.* Omnes tamen verè baptizant; sed non verè coniungunt.

II. LUTHERANI requirunt Verbum Concionale, non ad Essentiam Sacramenti; sed ad Fruendum eius susceptionem.

CALVINVS verò & CALVINISTÆ Concionale Verbum requirunt ad Essentiam Sacramenti. Vnde patet, Verbum baptismale recitari ab eis in actu, *Ego te baptizo &c.* non vt Formam Sacramenti; quippe quæ est Concionale verbum præcedens.

SVASIONES CALVINI, 1. Quia, Augustinus tractatu 80. in Ioann. *Vnde tacita virtus aquæ. vt corpus tangat; & cor abicit Nisi faciente Verbo, non quia Ducitur; sed qui Creditur.* Nam in ipso Verbo aliud est *Verbum transiens, aliud virtus manens, hoc est Verbum fidei, quod predicamus.* Vnde in *Actu: & mundans cordia eorum.* &c.

2. Caluini, Brentii, Kemnitii. Quia de murmurare verba super aquam, aut panem est species quadam magicæ in cantatione.

3. CALVINVS Instit. lib. 4. c. 14. *Quia minimè obscurum est, quid Christus fecerit; quid nobis facere mandauerit; quid fecerint Apostoli; quid purior Ecclesia obseruauerit. Imò ab initio vsque mundi notum est, quæ res signum aliquod obtulit Deum S. Patribus, in lege-*

rabili. *m. fuisse Doctrina copulam, sine qua attor-  
niti sensus nostri nudo aspectu redderentur. &c.*

AUTOR. Tria asserimus. I. In  
omni Sacramento, nō in solo Baptismo,  
necessaria sunt Verba à Deo instituta.  
Patet inductione in meo *Antichristop. 3. q. 2.*

II. Verbum Concionale non requi-  
ritur ad Essentiam Sacramenti. 1. Quia  
in scriptura fit mentio Baptismi sine  
Verbo. Vide in *Antichristop. 3. q. 2.* Nec  
ad Coenam fieri Concio iubetur vsquā,  
quæ vim Eucharistiæ explicet.

2. Quia si foret concio de Essentia  
Sacramenti, officium baptizandi & con-  
cionandi non distinguerentur, sicque om-  
nis concionans baptizaret. At con-  
trā dicit, I. Cor. I. *Non misit me Dominus  
baptizare, sed Euangelizare.* Et Petrus, *A-  
ct. 10.* prædicabat Cornelio, dein iussit  
eum ab alio baptizari.

3. Quia, Eph 4. *Vnum Baptisma:* at va-  
rium foret ob varietatem concionum.

4. Falsum Baptisma haberent hære-  
tici quia falsa eorum est concio.

5. Baptismus Catholicorum datur  
sine concione: & tamen non iubet re-  
baptizari Calvinus *Institut. libr. 4. cap.  
15. & 16.*

6. Paruuli non forent baptizandi;  
quia Eccl 32. *Vbi non est auditus, non ef-  
fundas sermonem.* Lutherani volunt eos  
percipere concionem. Ergo, infert S.  
*Augustinus epistola ad Dardanum,* habent  
vsum rationis. Calvinus *Instit. l. 4. c.  
16 §. 20.* cum suis dicunt, eos non perci-  
pere Sacramentum vtiliter pro tempore  
præsenti; at tamen pro futuro. Ergo non  
percipiunt formam Baptismi essentia-  
lem.

III. Ad essentiam Sacramenti re-  
quiritur certa forma Verborum, quæ  
non tam instruat adstantes, quàm san-  
ctificet elementum. 1. Quia verba à  
Domino præscripta formam habent in-  
uocationis & benedictionis, non instru-  
ctionis. Non enim dicit: *Docete nomen  
Patris, &c.* sed, *baptizantes in nomine. &c.*

2. Quia quòd Paulianistæ & Cataphry-  
ges non crederent Trinitatem, nec in e-  
ius nomine baptizabant: Ariani licet ma-  
lè crederent de Trinitate, bene tamen  
in *Nomine. &c.* eius baptizabant; idcirco  
Concilium Nicænum iussit illos rebapti-  
zari; vetuit verò Arianos rebaptizari Cō-  
cilium Arelat. 3. Idem docet Patrum  
consensus, ac temporum retrò omni-  
um concordia.

DI CO AD Rationem I. S. Augu-  
stinum instituisse exponere istud, *Io. 15.  
Mundi estis propter Verbum;* ac ostendere  
omnem mundationem fieri per Verbū  
seu Concionale, seu Sacramentale; Nam  
illud excitat ad fidem, hoc consecrat ele-  
mentum; Et vtrumque mundat, quia  
creditur, non quia dicitur. A baptizan-  
do autem puero creditur potentiā, actu  
ab adulto.

AD II. Hæc calumnia est & blasphe-  
mia. Non verborum conceptorum &  
sacrorum sensu vtimur ac fide; idque ex  
pacto & promissione Christi: at magia  
vim habet ex pacto diaboli: an ergo Chri-  
stus erit diabolus?

AD III. Christus nullam Eucharis-  
tiæ præmisit concionem, neque man-  
dauit præmitti: neque Apostoli, neque  
Patres mandarunt, aut consueverunt;  
nisi vt Catechumenos instituerent, ceu  
hodieque facimus.

Hh 3 Qua

## QVÆSTIO VI.

An Res & Verba Sacramentorum  
sint immutabiliter deter-  
minata?

**L**VTHERVVS libr. de Captiuit. Babil. cap. de Baptif. Sat esse ait, baptizari in nomine Domini: Imò suscipi in nomine Domini, e si minister non det in nomine Domini. Hoc tamen reuocauit anno 1535.

BRENTIUS tamen & Zvinglius concepta verba flocci pendunt. Plurè detestores Gnosticis, qui et si in scriptura mutarent, sua tamen certa seruabant. Vide in *Geneal.* p. 39. 1.

**A**VTOR. I. Res & Verba Sacramentorū nouæ legis à Deo determinata sunt sic, vt mutare nefas sit, Additione uocis, aut Detractione, aut Mutatione synonymica, aut Corruptione syllabarū, vel Transpositione, vel Interruptione longiore. 2. Sat tamen est seruari substantialem formæ integritatem, quæ in sensu ac significato uerborum consistit. Accidentaliter nil derogat ueritati Sacramenti, nisi fiat studio nouum inuendi ritū in Ecclesiam. Sic enim non foret intentio faciendi, quod facit Ecclesia.

**R**ATIONES euincunt. I. Quia cum Sacramenta solum à Deo potuerint institui, etiam formam, vt præcipuam partem, institutam esse necesse est: adeo vt non sit Sacramentum, cum non sit, quod Deus instituit. 2. Materiam Sacramenti mutare nefas: ergo & formam. 3. Verba Sacræ Scripturæ, ad significandum scripta, mutare nefas: grandius ergo mutare formalia Sacramenti ad sanctificandum instituta.

4. Ita S. Patres. Augustinus libro 6. contra Donatistas, cap. 25. *Certa sunt uerba Evangelica sine quibus non potest conferri Baptismus.* Tertullianus libro de Baptismo. *Lex tingendi imposta est, & forma prescripta.*

## QVÆSTIO VII.

Qualis Sacramentorum sit  
Necessitas?

**L**VTHERVVS Kemnitius in Exam. Trid. Sess. 7. Cap. 4. *Necessitatem Sacramentorum opponit (Tridentini) iustificationi per solam Fidem, &c. Sacra non sequitur; Sacramenta ad salutem sunt necessaria: non solum Christi suo merito nobis eam acquisiuit; non sequitur; Ergo non per solam fidem accipimus gratiam in iustificatione. Plura euidem mendacia in Concilio Tridentino uide in meo *Antiq. part. 1. quæst. 2.**

**L**VTHERVVS libr. de Captiuit. Babil. cap. de Baptif. *Baptismus nomen iustificat, nec ulli prodest; sed Fides in Verbum promissionis.* In Assert. 1. artic. Not dicimus, nec noui nec Veteris Testamenti Sacramenta, sed ipsam fidem iustificasse. Ecce libro contra Cochleum. *Nepotest ullapars iustificationis tribui Baptismo.*

MELANCHTHON in Locis anno 1521. edis. *Non iustificat signa, ut Apostolus ait; Circumcisio nihil est, ita Baptismus nihil est; particeps mens Domini nihil est.*

II. **C**ALVINVS in Antid. Trid. ibid. sic calumniatur. *Boni Patres pro sua craftate non aduertunt; quicquid nobis gratis per Sacramenta confertur, nihilominus fidei imputandum. Qui enim Fidem à Sacramentis separat, prode facit, ac si animam à corpore tolleret, ergo quemadmodum Euangelij doctrinam non excludimus, cum dicimus nos solâ fide Christi gratiam adipisci; ita nec Sacramenta: quorum eadem ratio est; cum Euangelij sint Sygilla.*

Vna utriusque calumniandi est sententia Sacramenta non adeo esse necessaria, ut sine iis, facto, vel voto, salus nulli contingat; quæ, etsi uerilia sint. Nam sola Fides saluare potest.

**A**VTOR. I. Nulla Sacramenta habent absolutam necessitatem: quod sine his saluare Deus ualeat. Aliqua tamen necessitate præcepti, & mediis simpliciter necessaria; vt omnibus Baptismus; relapsis Pœnitentia; Ordo Ecclesiæ; hic tamen non singulis. Quia Ioa. 3.



Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei. Luc. 13. Nisi Penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

II. Eucharistia, Confirmatio, Extrema Unctio, & Matrimonium ipsi Ecclesie necessaria sunt necessitate medii ad bene esse; non simpliciter.

III. S. Concilii Tridentini Sess. 7. Can. 4. definitio est ista. *Si quis dixerit, 1. Sacramenta nouæ legis, non esse necessaria ad salutem, sed superflua: (vt Anabaptistæ & Zyngliani dicunt:) 2. Et sine eis, aut eorum voto, per Solam Fidem, homines à Deo gratiam iustificationis adipiscerent: (vt Lutherani & Calvinistæ volunt) 3. Licet omnia singulis necessaria non sint; anathema sit.*

Luthero Calvinistæ autem negant cætera omnia esse Sacramenta; solum Baptismum, & Cœnam asserunt; quia hæc solum præcepta sunt, vt media salutis; Sed Vtilia tantum; vt fidem excitent, nutriant, augeant: Quia repræsentant id oculis, quod Verbum auribus. Ideoque necessaria ad bene esse; nō simpliciter. Vnde *Apologia Confessionis* a. 13. comparat ea picturæ, ad salutem necessariæ; sed solum valdè rudibus.

DICO AD I. Kemnitii. Mendax calumniam est. Nam Concilium damnat hoc: *Sola fide immediate salutem accipi: ac proinde Sacramenta non absolute esse necessaria.* Concilium quoque prærequirit fidem; non excludit: Et non sufficere solum docet; sed Sacramentum esse, aut voto simpliciter necessarium.

AD II. Caluini. Iam patet. Adde, nos docere, quod iustificet Deus remittens peccata ex Autoritate; Christus nō;

sed & Meritorie; Verbum Dei verò solum instrumentaliter; at Sacramentum quoque simpliciter & efficienter.

#### QVÆSTIO VIII.

*Autor Sacramentorum an solus sit Christus?*

CALVINVS in *Antid. Concilii Trid. Sess. 7. Can. 1.* Baptismum & Cœnam à Christo instituta solo: cætera esse nulla; minus à Christo. LUTHERANVS Kemnitius p. 2. Exam. huc citat S. Cyprian. Hug. nē, Lombardum.

AUTOR. Concilium Tridentinum Sess. 7. Can. 1. *Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non esse omnia à IESU Christo instituta: anathema sit:* Idque immediate à Christo: ceremoniæ omnes cæteræ à Christo mediatè promanant ab autore Ecclesie. 1. Quia in Scriptura, Apostoli vocantur solum *Dispensatores & Ministri mysteriorum Dei.* 1. Cor. 4. 2. Quia etiam Veteris Testamenti Sacramenta à Deo solo erant instituta; à Moyse autem promulgata. 3. Ita Patres: ipseque S. Cyprianus.

Hugo & Lombardus intelligunt promulgationem, non institutionem. *Alex. ab Ales.* Confirmationem à Concilio Meldensi post mortem Apostolorum institutam esse. Idemque & *Bonauentura.* Penitentiam ab Apostolis, non à Christo. ISTA defendi non possunt: adeò constat contrarium.

#### QVÆSTIO IX.

*Minister Sacramentorum ordinarius an sit quilibet baptizatus?*

LUTHERVS libro de Missa priuata: *Ego non licam, quod P. pista dicunt: Nullum Angelorum, nec Mariam ipsam consecrare posse. Sed è contra dico: Si diabo. uis ueniret & ego postea resuscitarem, & uolunt sic irrisisse in officium pastorem Ecclesie, in sterco hominis uocatum ad prædicandum, & publicè in* E. c. e.

*Ecclēsia docuisse, baptizasse, celebrasse Missam, & absoluisse à peccatis; & talimodum esse iuxta Institutionem Christi, tunc cogemur fateri Sacramenta à deo non esse inefficacia; sed verum Baptismum, verum Evangelium, veram absolutiōem, verum Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi accepisse. Quia fides & Sacramenta non nituntur qualitate ministri, sed ordinatione Christi.*

2. Idem *libr. de Capt. Babyl. cap. de Ord. & alibi*, Baptizatos omnem habere vult potestatem ministrandi Sacramenta: sed priuatim domiurgente necessitate & alio non presente, aut non tam bene sciente. Idem *libro de abroganda Missa*. Christianis omnibus licere prædicare, & Sacra omnia ministrare; quin & Feminas. *Quia Sacerdos nascitur in Baptismo; non fit*. Moneo tamen non licere cuique vti iure, ob confusionem; esseque plebi selectiōnem expectandam.

Hinc infert, 1. Ministros à laicis differre solo usu potestatis: non dignitate; 2. Ministrum fieri laicum posse, sicut è laico minister factus fuit.

SVADENT illis ferè. 1. Quia, 1. Pet. 2. *Tanquam vis lapides superadificamini in Sacerdotium Sanctum. & Regale Sacerdotium*. Apoc. 1. *Fecisti nos Deo nostrum regnum & Sacerdotes*. Apoc. 20. *Erunt Sacerdotes Dei, & Christiani*. 2. Quia, 1. Pet. 2. *Ut Virtutes annuncietis eius, qui vos vocavit*. 3. De feminis concionatricibus, Ioel. 2. *Propheta bunt filii Vestri, & filia vestra*. Act. 21. *Erant Philippo quatuor filiae virginis prophetantes*. Sicut Maria, Exod. 15. Ec. Iud. 4. De bona docuit Baruch. Olda 4. Reg. 22. Consilium dedit Iosia. Maria, Luc. 1. prophetavit. 1. Cor. 11. *Mulier velato capite orat & prophetet*. 4. Psal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum*; at Christiani sunt fratres Christi: ergo & Sacerdotes.

5. Omnes omnia Sacerdotalia possunt munia obire: ut sunt Concionari, Baptizare, Consecrare, Absolvere, Sacrificare, orare pro aliis, & iudicare de doctrinis. Singula docet è Scripturis. *bellarm. libro 1. de Sacramentis cap. 23.*

CALVINVS in Antid. Sess. 1. Can. 10. è diametro contrarius est. *Nemo Christianus Christianos omnes in Verbi Sacramentorum administratione pares facit: non solum quia decenter & ordine gerit omnia in Ecclesia decet. Sed etiam quod singulari Christi mandato ad eam vim ordinantur Ministri. & c. Porro mulierculis iniunctum munus baptizandi ubi reperient, quemadmodum illis permittunt? Itaque consentit nobiscum.*

AUTOR. Concilium Tridentinū Sess. 7. Can. 10. *Si quis dixerit, Christianos omnes in Verbo, & omnibus Sacramentis*

*ministrandis habere potestatem; anathematizatus sit.*

1. Non igitur Angelus bonus, minus Ater, rectè potest administrare Diuina. I. Quia, Scriptura id assignatum docet Apostolis. & c. Vide *Antichristum part. 3. quest. 3.* 2. Quia, ad ea requiritur verum & naturale elementum; ergo & Verbum tale: at hoc non est ab Spiritibus. 3. Quia, Lutherus vult, fundamentum illius potestatis esse in Baptismo, inque Dei mandato: at neutrum datum est spiritibus. Pendent igitur eadē Ministri qualitate essentiali, ut sit homo, non ab accidentali, ut sit bonus. Hinc Iudas verè baptizavit.

II. Verus Diuinorum (præterquam Baptismi & Matrimonii) Minister esse legitimè vocatus ab Ecclesia debet, & ordinatus. 1. Teste Scriptura in *Antichristop. 3. q. 3.* 2. Quia si omnes potestatem eam haberent ex Baptismo, priuari illius usu nemo iustè posset, nisi in pœnam criminis: at sine culpa multi priuantur. Neque ob metum confusioni posset vllus repelli, qui vellet ministrare, etiam non vocatus à plebe, seu Magistratu. 3. Quia in Veteri Testamento, ubi imperfectiora Diuina soli Sacerdotes erant eorum ministri: Neque in Circumcisione fiebant spirituales Sacerdotes: quare nec in Baptismo. Hinc Ozias tentans Sacra, 2. Paralip. 26. percussus est leprâ.

DICO AD I. Eaintelligitur de spiritali Sacerdotio, quo spirituales offerimus hostias precum, laudum, operum. 1. Pet. 2. Quale, Apocal. 5. & 21. Sacerdotium in cœlo: Et sic Christiani sunt Sacerdotes, sicut sunt reges.

Ad III.

AD II. Annunciare est gratias agere, laudare Deum ob beneficia: vt Ex. 15. *Cantemus Domino gloriose.*

AD III. Prophetare est futura prædicere, & gratia gratis data: At prophetare, id est, concionari, sic, 1. Tim. 2. *Mulieribus docere non permitto.* 1. Cor. 14. *Mulieribus taceant in Ecclesia; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse.* Concessit tamen Deus extraordinariè nonnullis priuilegium docendi. Sed priuilegia non faciunt legem.

AD IV. Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech; in quo solum primogenitus erat Sacerdos, vt Christus in multis fratribus est: At in Aaronico Sacerdotio omnes fratres naturales erant & Sacerdotes.

AD V. Nihil ea euincunt, dicta in genere trahere in partem.

## QVÆSTIO X.

*An Ministri probitas seu fides ad Sacramentorum efficaciam requiratur?*

LUTHERVS affirmavit; sed reuocauit. Iamque omnes, etiam Caluista, pernegant. Salua res est.

HVSSETABAIUNT, non obstante, quod ratas habeant Ordinationes Catholicorum; id quod eis dissuasit Lutherus: Huius tamen damnatus est in Concilio Constantiensi, quod diceret, Pastores malos æquiuocè Pastores esse, id est, nullos.

2. ANABAPTISTIS quoque tribuit idem Kemnitius: 1. Agrippinus Episcopus Carthaginensis negavit esse Sacramenta ab hæreticis aut Schismaticis collata. Quoad Baptisimum sensit idem S. Cyprianus. Donatista quoque etiam post definitionem Ecclesie item Lutherani, Apostolici, Waldenses, Wicleff.

AVTOR. Sed à pluribus refutati sunt, & damnati sæpius; apud Bell. 1. 2. c. 20. Præterea.

## QVÆSTIO XI.

*An in Ministro Sacramentorum requiratur intentio faciendi, quod facit Ecclesia?*

LUTHERVS lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Baptismo. *Non in conferentia tantum, quantum in suscipientis fide vel suscipienda est virtus Baptismi: Vt legitur de Momo per iocum baptizato.* Et art. 12. inter damnatos à Leo 10. X. *Si Sacerdos ioco absolueret, et se tamè quis credat esse absolutum, verissimè est absolutum.* Sic plerique Lutherani, Kemnitius, Heshulius, &c.

CALVINVS in Antid. S. 117. Canon. 11. *Quod de intentione consecrandi garrunt; à Sophistis nulla ratione probabili fuit proditum. Infrà. Ego verò sacrosanctæ Christi Institutioni ratiō defero; vt, si Epicurus quidam, intus totā Actionem subsannans, mihi Cœnam à Christo mandata administraret, non dubitem, panem & calicem illius manu porrecta, mihi vera esse Corporis & Sanguinis Christi pignora.* Huc proxime accessit Catharinus; qui se tamen Apostolicæ Sedi subiecit.

SVASIONES LUTHERI. 1. Quia Verbum Dei quacunque dicatur intentione, fidem excitat, & hæc iustificat. Vnde Phil. 1. gaudet prædicari Christum quacunque intentione. Sic puer Athanasius baptizauit pueros, &c. 2. Caluini & Kemnitii. Quia sic periret certitudo effectus Sacramentalis; cū intentio nulli sit certa. 3. Quia, lib. de Baptismo, c. 53. Augustinus non audeat definire, an Baptismus ioco datus, sit ratum. 4. Innocentius I V. censuit ratum, etiam si gerat in mente non facere, quod facit Ecclesia.

AVTOR. Ad minus est opus habere generalem intentionem faciendi, quod ea facit Ecclesia, quam credit esse veram. Sitque intentio actualis, aut minimum virtualis: habitualis non sufficit. 1. Quia, Ceu forma certa requiritur vt indifferentia materiam determinetur; sic & aliquid, quo indifferentia formæ deter-

li mi

minetur: nam baptizat, qui tingit aquis lauando, medendo, refrigerando, &c. At qui nil fingi potest præter intentionem ministri. Non institutio Christi verba dicitur, ut quæ per se operaretur, proferente verba institutionis qualicunq;: quia cur non foret Sacramentum pronunciantem etiam pſtaco: 2. Quia Ministri Sacramentorum sunt instrumenta Dei, ratione utentia; & horum liberi arbitrii est determinare actiones particulares suæ voluntatis; hoc autem fit per intentionem voluntatis agentis. 3. Quia, ut verba speculativa, à quocunq; pronunciantur, suam habent significationem; ita practica suam operationem, præsertim prolata ab habente ad id & potestatem, & voluntatem: uti habet minister ritè ordinatus: ergo intentione opus.

**DICO AD I.** Excitat fidem quidè; quia ad hanc sufficit significatio verborum, quomodocunq; prolatorum; Sed non operatur effectum realem; quia hic requirit vim efficientem, quæ pendet ex intentione pronunciantis, ritè ordinati, verba Sacra practica. Sic etiam ludentes ex recreatione possunt efficaci cum intentione verba pronunciare super capax subiectum cum præsentem materiã.

**AD II.** Nullus hac in vita debet querere certitudinem de salute sua infallibilem: sed, Phil. 2. *Cum timore salutem suam operari*, sic, ut, I. Corint. 10. *qui stat, videat nec cadat*. Certitudinem verò moralem ac sufficientem habemus ex Sacramentis.

**AD III.** Dubitabat, quia nondum id erat in Concilio definitum; ideo se Ecclesiæ submittebat.

**AD IV.** *Non facere*, sc. vel quoad sub-

stantiam actionis faciendæ; aut quoad effectum actionis. Et, quoad hunc intellexit Innocentius: sc. etsi non intendat minister iustificare hominem hoc medio. Priore modo intelligit Kemnitiu falsò

## II. DE EFFECTU SACRAMENTORUM.

### QUESTIO XII.

*Quid sit conferre gratiam ex opere operato?*

**LUTHERO-CALVINISTAR** bifariam exponunt. **LUTHERVS** l. de Capt. Bab. c. de Bapt. Paptia fecerunt ex Sacramento præceptum, & ex fide opus; id est, ait Kemnitiu. s. p. 2. Exam. Sacramenta conferre gratiam ex merito operis, quod exercet velis, qui calibet, vel qui iustit.

**CALVINVS** in Antidoto c. 7. Can. 8. Sophistis conferre gratiam ex opere operato est, ex meritis hominum pendere efficaciam Sacramenti. Inst. l. 4. c. 14. §. 26. ait. *Quidquid de opere operato negati sunt Sophista, non modò falsum est, sed pugnat cum Sacramentorum natura: quæ instituit Deus, ut fideles vacuis bonorum operum & inopes, nihil præter manducationem adferant. Unde sequitur, ea recipiendo, nihil istos agere unde laudem mereantur; vel in hac Actione, qua eorum respectu merè passiva est, nihil illis posse opus adscribi.*

**AUTOR.** Hæc verò deditæ operæ cuncta est. 1. Quia adeo Nos opus operati opponimus operi operantis. 2. Quia docemus contra Donatistas, Sacramenta minimè pendere ex bonitate ministri, id est, ex opere operantis.

**II.** Exponunt: Nos dicere, quod conferant gratiam sine fide, id est, ex opere operato.

Unde **LUTHERVS** ibid. Statuunt Sacramenta posse prodesse etiam, qui in peccatis mortalibus sunt, nec requirunt fidem. Sic & Kemnitiu. p. 2. Exam. Et Confessio Augustana artic. 13. &c.

**CALVINVS** in Antidoto Sess. 7, Can. 5. *Fin-*

gunt subesse vim magnam Sacramentis, qua sit extra fidem efficax.

**AUTOR.** Expositio hæc pugnat priori. 1. Quia si opus operatum sit opus meritorium suscipientis; quæ potest excludere fidem, sine qua est impossibile placere Deo? Heb. II. 2. Conc. Trid. Sess. 6. Can. 6. docet initium iustificationis fieri à Fide & poenitentia.

Itaq; conferre gratiam ex opere operato, est, Conferre eam ex Vi Actionis Sacramentalis, ad hoc à Deo instituta, & non ex merito operantis. Vnde Aug. l. 4. de Baptismo. c. 24. *Ipsium Sacramentum per se ipsum multum valet: sc. ex Dei voluntate, quæ est causa principalis; non fides operantis; quia hæc extrinsecè accedit ad efficientiam Sacramenti; & ab infantibus abest, in quibus tamen vis Sacramenti operatur.*

### Q V Æ S T I O XIII.

*An Sacramenta conferant gratiam ex opere operato?*

**L**ITERVS cum omni Secta sua volunt, Sacramenta immediate habere efficientiam gratiæ; sed nuda esse signa: mediè tamen excitare fidem iustificantem, si representando oculis, eorum verba auribus. MELANCHTHON in *Locis*, horrendum errorem Papistarum appellat, quod Sacramenta iustificare dicant: cum sint solum signa promissionis, sicut & pictura rerum, ait in *Apologia ad art. 13* & libro contra Anabaptistas. Annis Posterioribus, forsitan argumentis nostris pressus, phrasin loquendi mutavit in vicinam nostræ; sed nil sententiam; Patremque sua secuta proles est; præsertim Kemnitius pars. 2. Exam.

**CALVINVS** Inst. l. 4. c. 14. §. 6. Constantè diserteque consentit; vsus eadem picture similitudine, & §. 18. exemplo Iridis ac Velleris. Et in *Anridoto* Sess. 7. Can. 5. Tum effectum habent Sacramenta, si fidei seruiunt. Et Can. 8. Eo modo gratiam efficiunt, quo Verbum prædicatum. Sic & **BEZA**, cæterique vniuersi:

**SVADENT.** Quia, 1. Heb. 10. *Iustus &*

*fide vivit: ergo non ex Sacramentis.* Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam.* & c. 2. Mar. ult. *Qui crediderit & Baptizatus sit, & c.* Ergo qui non credit, etsi baptizatus sit, condemnatur. Dicit. *Qui non crediderit, condemnabitur:* Non dicit, qui non baptizatus fuerit, condemnabitur: ergo sola fides saluat, non Baptismus. 3. Rom. 4. *Credidit Abraham, & reput. & c.* Sicut ergo fides, non Circumcisio, eum saluauit; ita nunc & fides, non Baptismus. Hæc Luth. & Calu. 4. Zwinglius libro de vera & falsa religione, Luc. 5. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Ergo non Sacramenta. 5. Kemnitius Eph. 5. *Mundans eam lauacro aqua in Verbo vite:* Verbi igitur vis est tota ad fidem iustificantem. Testimonia Patrum & Rationes vanè aggerunt apud Bellarm. l. 2. cap. 10. & 11.

**AUTOR.** Sacramenta sunt veræ instrumentales causæ gratiæ, idque ex opere operato. 1. Quia sic Scriptura in meo *Antichristo* pars. 3. q. 4. 2. Huc prophetiæ spectantur. Isa. 1. *Lauamini, mundi estori,* id est, aiunt S. Patres, baptizamini, hoc cum effectu, vt mundemini. Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et dabo vobis cor nouum.* Mich. 7. *Proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Zach. 13. *Erit fons patens in ablutionem peccatoris.*

3. **FIGURÆ** declarant idem apud Bellarm. lib. 2. cap. 4. Concilia prætereo, Nubemque S. Patrum Græcæ, Latinæque Ecclesiæ.

4. **RATIONES** euincunt. 1. Sacramenta efficaciter conferuntur etiam non intelligentibus: ergo sunt signa verè practica, non solum significatiua ad excitandam fidem. 2. Verba & Signa Sacramentalia pendent ex diuina Institutione, non humana: Ergo etiam

II 2 super-

supernaturale quid efficiunt. Qui a cetero quin ab humana autoritate potuissent institui. 3. Sacramenta pendent à Deo non solum in Institutione; sed etiam in Verbo: Ipse enim est qui per ministros baptizat, consecrat. &c. non ergo nudè significant, sed quid efficiunt. Nam cum cetera humana signa solum significant; diuina nil ab iis distarent ut meliora. Plura vide in *Genal. p. 3. q. 2.*

**DICO AD I.** Sed non ex sola viuit: unde & Sacramentis est locus. Et sensus verus est, Iustus ex fide constanter expectat promissâ Dei. Ita *Abacuc. 2.*

**AD II.** Fides saluat, non sola, sed cum Baptismo; Eratque inferendum: Ergo non solus Baptismus saluat: Non; Baptismus non saluat. Ut si dicam: *1. Cor. 13.* Fides nil prodest sine charitate: ergo fides nil prodest. Malè. Dein; à genere ad speciem valent argumenta negatiua: ut non est animal; ergo nec homo: affirmatiua non valent; ut, Est animal, ergo & homo. Sic, qui non crediderit, condemnabitur: non contra semper.

**AD III.** Abrabæ fides & obedientia meruerat, ut primus haberet Sacramentum Circumcisionis in priuilegiū, velut *Signaculum σφραγίς*, non σημεῖον signum, iustitiæ fidei, id est, velut testimonium iustitiæ suæ, non ut signum, propositum ei ad excitandam fidem. Vide *suprà quest. 3.*

**AD IV.** Atqui Christus ibidem in paralytico ostendit, se etiam ut Homine peccata dimittere. Dein; hominibus dixit, Ioann. 20. *Quorum remisistis peccata. &c.* Deus tamen Solus propria Autoritate dimittit.

**AD V.** Per Verbum vita non intelli-

gitur concio; sed forma Sacramenti, seu Verbum practicum consecratorium. Ita ibi interpretes.

#### Q V Æ S T I O XIV.

*An Sacramenta Veteris & Nouæ Legis differant in effectu iustificationis?*

**LUTHERVS** lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Regum. Error est, Sacramenta nouæ legis differre à veteris Legis, penes efficaciam significatiua, id est, quod nostra efficaciter significant faciendo, quod signa non illa. 2. Distinguit autem Vetera Sacramenta habentia an. nam promissionem, ut Iris Noë, Velut Gedconis, Umbra reuersa Ezechie. Alia nullam habentia; ut expiatoriæ ceremoniæ. Illa nostris paria; hæc inferiora facta in virtute efficientiæ significantur.

**CALVINVS** Instit. lib. 4. cap. 14. §. 23. Hoc dogma, quod Veteris Legis Sacramenta Dei gratiam adumbrarint: hæc Nouæ presentem conferant, penitus explodendum est. Sic consentit Luthero. Dissentit in isto: Neque tamen negamus, quod vberior sub Christi regno percipiatur gratia. Sic in Antidoto Sc. II. Cap. 2. Parem voluit Lutherus. Dein; Caluina §. 12. Purificationes Iudæorum ponit inter vera Sacramenta paria cæteris: Lutherus vult inferiora effectu.

**KEMNITIVS** in part. 2. Exam. aduertit Lutheri distinctionem veterum signorum & vberioris gratiam Caluino: Cum utroque condemnat Catholicos.

**SVADENT** ferè istis: 1. **CALVINVS** Instit. lib. 4. cap. 16. §. 3. & 4. Par est Circumcisionis & Baptismi promissio, scilicet de remissione peccatorum. Hinc *Eph. 2.* gentiles erant sine Deo, quia sine Circumcisione. 2. *Leuit. 4. 5. 6.* dantur oblationes pro peccatis remittendis. 3. Instit. l. 4. c. 14. §. 23. ex *1. Cor. 10.* Eandem escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt. Quis inane ausit facere signum illud, quod veram Christi Communionem, Iudæi exhibebat? Ergo in Sacramentis paria nobis facit, nec nullam.

illam prerogativa particulam nobis relinquit.  
Sic & Martyr, & Kemnitius. &c.

AUTOR. I. Etsi sint, qui improbabili-  
tate docent Circumcisionem in vete-  
ri lege gratiam ex operato contulisse; nō  
tamen æquant vetera cum nouis Sacra-  
mentis; quæ singula iustificat ex opere  
operato. Quia ita Scriptura prophetica.  
Psal. 9. *Holocaustum pro peccato non pos-  
tulasti.* Quia, Psa. 50. *Sacrificium Deo spi-  
ritus contribulatus.* Ita. 1. *Quid mihi multi-  
tudo victimarum vestrarum?* De Aposto-  
lica Scriptura vide *Antichristum part. 3.*  
quæst. 5.

II. Ex opere operantis, ex fide prode-  
rant vetera Sacramenta: de hoc non est  
quæstio; sed, An ex Institutione fuerint  
utilia cum fide usurpata? Paulus ita di-  
stinguit. Noua saluare, regenerare, mū-  
dare, iustificare, 1. *Corinth. 1. Eph. 5. Tit. 3.*  
Vetera autem egena esse elementa, nihil  
esse, nihil valere. 1. *Cor. 7. Gal. 5. Hebr. 10.*  
Idem Vetera vocat umbras nouorum,  
Col. 2. 1. *Cor. 10. Hebr. 10.* Neque est, quod  
nostra dent maiorē gratiam: Nā vetera,  
nullā dabāt vi institutionis, vt, 1. *Cor. 7.*  
*Circumcisio nihil est, & preputium nihil est:*  
Gal. 6. *Neque valet aliquid.* Quia sunt  
Vmbra, quæ non est minus corpus; sed  
nihil corporis. Et talia erant non solum  
tempore Apostoli, sed inde ab origine,  
considerata per se simpliciter, à lege ab-  
strahendo. Nam Rom. 2. *Circumcisio  
prodest, si legem obserues.*

2. Vide S. Patres pro utilitate sola,  
contra efficaciam veterum Sacramen-  
torum stantes apud *Bellarman. libr. 2.*  
cap. 15.

3. RATIO militat. 1. Quia Sa-  
cramentum vt iustificet, habere debet

annexam promissionem absolutam gra-  
tiæ: teste *Luthero in Assert. art. 1. Me-  
lanchthone in Locis. Caluino Inst. l. 4. c.*  
*14. §. 3. Kemnitio &c.* Atqui nullum ta-  
le erat in Veteri Testamento: Nullum i-  
gitur iustificabat. Minor: quia Heb. 8.  
*Melius sortitus est Ministerium, quanto &  
melioris Testamenti Mediator est, quod in  
melioribus Repromissionibus sancitum est.*  
Sic & Patres, & *Lutherus lib. de Captiu.*  
*Babyl. cap. de Eucharistia: Veteris Testa-  
menti promissio erat, non remissionis peccato-  
rum, seu rerum æternarum; sed temporalium;  
vt terra Chanaan, per quam nemo renouaba-  
tur Spiritu. Vnde et irrationabilem pecudem,  
in figura Christi, oportebat occidi, in cuius  
sanguine idem Testamentum confirmabatur:  
vt, qualis sanguis, tale Testamentum; qualis  
hostia, talis promissio.*

CALVINVS negat Minorem, *Inst. libr.*  
*4. cap. 16. §. 4.* dicens vnā esse eandemque  
promissionem Sacramentorum legis veteris  
ac nouæ.

AT Minor probatur. Quia nullū Vet<sup>o</sup>  
Sacramentum habuit promissionem,  
nisi temporalem: *Lutherus* recenset Sa-  
cificium Abel, Iridem, Vellus, Horolo-  
gium Achaz: Vanè.

2. Ratio. Quia Vetus & noua Lex  
differunt, quòd hæc iustificat, non illa:  
ergo Sacramenta, quæ pars sunt legis, pa-  
riter. Vnde *Ioan. 1. Lex per Moysen data  
est; gratia & veritas per IESVM Christum  
facta est.* Differuntque vt, 2. *Cor. 3.* Lite-  
ra occidens, & Spiritus viuificans: Vt,  
Gal. 4. seruitutem generans, & libertatē  
afferens: Vt vetus, quia veterem hominē  
non renouabat; & Nouū, quia renouat  
eundem: ideo, Tit. 3. *Lanacrum regenerati-  
onis.* Et quæ in Veteri fiebat remissio

peccatorum, ea Noui respectu fiebat.

3. Promissio in Sacramentis nequit impleri, nisi fide recipiantur: At promissio V. g. Iridis de non submergendo orbe, præstatur etiam infidelibus: Circumcisionis, de hoc, vt sit pater multarum gentium, dareturque posteris eius terra promissionis; data tamen & infidelibus est. Item promissio tot Victimarum, de vnica Christi oblatione, impleta est orbi infideli. &c. Roman. 3. *Numquid incredulitas illorum fidem Dei enacuauit? Absit. Ergo. &c.*

DICO AD I. Circumcisioni nõ est promissio annexa remissionis peccatorum. Patet suprâ. Et quia Abraham ante eam erat iustus: additaque est temporalis promissio: vt Genes. 17. *Multiplicabotez; erique pater mult. &c. Dabo tibi, & semini tuo terram Chanaan. &c.* Idem Roman. 4. Et gentes erant sine Deo, quia sine fide, non quia sine Circumcisione: quam etiam incircumcisæ, sed Deum colentes, vt Iob, Centurio. &c. saluabantur.

AD II. Vetera Sacrificia expiebant peccata quoad pœnam temporalem & immunditiam legalem; non quoad culpam, & pœnam Gehennæ. Ita Theologi in 1. 2. q. 102. art. 3. & 4. d. 1. Vide Bell. l. 2. c. 17.

AD III. 1. Pugnant ipsi seculum. Nã hic volunt Manna, aquam petreæ, & transitum maris fuisse Sacramenta iustificationis: & alibi id negant; vt Calvinus *Institut. libro 4. capit. 14. §. 19.* & Kemnitius *part. 2. Examinis pag. 41.* quia erant ceremoniæ non durantes. Ergo. 1. *Eandem escam, non nostram, sed suam; nõ*

Sacramentalem; quam & bestię bibeant, & edebant nec promissio aliqua facta est edentibus & bibentibus, nisi terrena. 2. *Spiritualem*, ob significationem futuri Calicis Sacri; non ob effectum præsentem spiritualem: Vnde, *Paulus Angelorum manducauit homo. Pl. 77. Et Petrus autem erat Christus.* Ioann. 6. *Panem vestri manducauerunt Manna, & mortui sunt: Qui manducat hunc panem, viuat in æternum.* Proinde non requiritur, vt Calvinus, vt parem vim tribuamus Manna & Baptismo, Manna & Eucharistiæ: nam quo inferiora sunt illa; eo fortius est argumentum Pauli. Si enim puniti sunt contemtores figuræ, quanto magis contemtores Veritatis?

#### Q V Æ S T I O XV.

*Eccunde quadam Sacramenta iterari non debeant?*

LUTHERANI & CALVINIANI vnicum Baptismum esse initerabilem debere asserunt: cætera vel esse Sacramenta negant.

SVADENT istis. 1. Quia, ait Calvinus *Instit. lib. 4. cap. 18. §. 19.* Baptismus est ingressus in Ecclesiam, & initiatio fidei: vnde vnus Deus vna Ecclesia; ita & vnus Baptismus. 2. Kemnitius in *Exam. par. 2. fol. 109.* Quia, sic est Institutio diuina. 3. Quia, Heb. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt uelaminati, renouari iterum ad Penitentiam.* 4. Quia, Baptismus significat Christi mortem; at semel est Christus mortuus. 5. Quia, pactum Dei in Baptismo initum est perpetuum. 6. Quia, nusquam est scriptum repeti posse, neque extat exemplum anabaptismi. 7. Quia, in Baptismo nascimur spiritualiter; at vna est natiuitas.

AUTOR. I. Character est causa cui Sacramenta quadam iterari non debeant.



ant. 1. Quia, semel data semper manent in eodem effectu sua; alia, quia non manent in suo effectu, qui est Gratia, ideo repeti possunt. 2. Quia, gratia augeri potest. 3. Dein; quia Character est & Sacramentum, & gratia: aliorum Sacramentorum effectus est solum gratia.

II. Characterem imprimunt solum Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Quia in his homo nouam accipit potestatem ac ministerium: In Baptismo, participandi Sacramentis, aliisque bonis: In Confirmatione, pugnandi officium contra dæmonem, carnem, mundum. In Ordine, munus distribuendi dona Domini: In cæteris dantur remedia vel peccatorum omnium, aut reliquiarum ex iis, aut concupiscentiæ, aut famis.

DICO AD I. At Baptizati validè apud hæreticos, non intrant Ecclesiã, quæ nulla est apud eos: & baptizati apud Orthodoxos subinde apostatant, exciduntque fide. Et unum baptisma est, quia solū Christi Baptisma saluat. Et etiam, 1. Cor. 12. *Unus panis est*, & tamen repetitur.

AD II. Atqui Deus nunquam prohibuit repeti: ergo non est institutio.

AD III. Transeat.

AD IV. Et Eucharistia significat eandem, & tamen repetitur.

AD V. Pactum est conditionatè perpetuū; si sc. seruatis mandatis nō peccetur.

AD VI. Nec scriptum est ut non repetatur. Aug. l. 7. Trin. c. 4. *Dicimus tres personas in Deo; non quia Scriptura dicit, sed quia non contradicit.* Et est anabaptismi exemplum, Act. 19. iubente Paulo rebaptizari, qui solo Ioannis Baptismo erant tincti: cum tamen, iuxta errorem Lutheranorum, eadem vis Baptismi esset Christi & Ioannis &c.

AD VII. Est ea solum congruentia quædam, non euincens ratio. Dein; homo etiam per fidem nascitur, perque Verbum Dei; & hoc læpius. 1. Cor. 4. *Per Euangelium ego vos genui.* Nam spiritualis natiuitas potest repeti.

#### Q V Æ S T I O XVI.

An, & qualequid sit Character?

LUTHERANI, vt Kemnitius par 2. Exam. pag. 129. &c. Heshusius l. de errorib. Pontificiorum, tit. 15. Caluinus in Anidoto Concil. Sess. 7. Can. 9. Negant cum Wicleffo Characterem posse doceri ex Scriptura, seu vlla ratione.

SVADENT istis ferè. 1. Quia de eo in Scriptura & Patribus merū silētium. 2. Quia, Inter Scholasticos nil certum. 3. Quia, Autor eius primus fuit Innocentius III.

AUTOR. I. Character est signum spiritale, à quibusdam Sacramentis animæ impressum: Sic Concilia.

II. Ex probabilibus est, esse quid reale ab anima distinctum, ac absolutā qualitatem, non solam relationem.

III. Eius officia sunt, 1. Aptum reddere ad cultum Dei: 2. Configurare Christo: 3. Distinguere ab aliis.

IV. Inhæret autem substantiæ animæ indelibilis. Quia non habet contraria; estque in subiectio incorruptibili: cumque sit quædam consecratio animæ, durat ipsa durante.

V. Nullū verò Sacramentum Mosaicum impressit Characterem animæ.

VI. In Christo tamen nullus ineffe poterat. 1. Quia Character est participatio Sacerdotii Christi: 2. Et; signari Characterem est ouium, seruorum. &c. at Christus est Pastor, Dux, Dominus. 3. Neque Christus vllū accepit Sacramentū Nouæ legis

legis, præter Eucharistiam. 4. Nos vero egemus; vt Christus velut ex pacto ad actiones Sacramentales nobiscum concurrat.

VII. Esse verò characterem, Scriptura docet in meo *Antichristo part. 3. q. 6.* Quam Calvinus in Commentario exponit de obsignatione promissionum à Deo in cordibus facta ad fidem confirmandam.

AT, nimis inconueniens esset locutio, Obsignari hominem, pro Obsignari promissiones homini factas.

2. Esse characterem docent S. Patres in mea *Genialogia part. 3. q. 3.* Et *Rationes* quincunt.

I. Quia: Cùm homines hominibus conferunt officiũ, tribuũt simul aliquod externum signum potestatis: Deus vero internum infundit. Sicut autem diligendo facit bonum, cumque vult diligere, credi, sperari, infundit habitus dilectionis, fidei spei: ita credibile est, cũ quosad sua quædam Sacra munia deputat; quod ad eadem certas qualitates infundat, id est, characteres.

2. Baptismus, sine fide perceptus, aliquid Sacramentale confert; cum gratiæ capax non sit infidelis: ita Confirmatio & Ordo; cætera solam dant gratiam; aut nihil, ponentibus obicem. Et istud vocamus characterem.

3. Baptismus, Confirmatio & Ordo repeti nequeunt, vti cætera Sacramenta. Et huius alia vera causa reddi nequit, nisi character. Quia per hunc manentem semper manent in effectu suo determinato; gratia verò aut perditam recuperatur per Sacramentorum repetitionem, aut seruata augetur: non sic character, quia

ipse Sacramentum est; gratia non est Sacramentum.

Præter has rationes alia sufficiens reddi non potest. Patet supra in responsionibus ad rationes Luthero-Caluinistarũ cur Baptismus iterari non debeat.

Q V Æ S T I O XVII.

*Quot sint Sacramenta?*

LUTHERVS lib. de Capt. Babil. variavit: Esse unum iuxta Scripturam; Esse tria, neganda quædam partem; Esse duo, in rigore; Se non damnare septem, quæ tamen in Scriptura doceri posse. Hinc Lutherorum diuersæ sententiæ. I. Opinio Lutheri: Esse unum: Et si, iura sint Sacramentalia. II. Esse duo: Baptismus & Eucharistiam: Lutherus, Melancthon, Lyricus, Chæcerus, Kemnitius. III. Esse tria: Baptismus, Eucharistiam, Pœnitentiam: Hæc communis in Catechismis, *Confessio August.* IV. *Zwinglii*: Et tria, Baptismus, Cœnam, Matrimonium.

V. CALVINI *Inst. l. 4. cap. 18. §. 19.* Esse duo, Baptismus & Cœnam: cap. 14. §. 20. & cap. 19. & 31, addit Ordinationem, mouens ordinaria duo esse atque communia cœctis. Hinc in *Antidoto Sess. 7. Can. 1.* solam quatuor Sacramenta reiecit.

VI. LUTHERO-CALVINISTÆ: Esse quatuor; Baptismus, Eucharistiam, Pœnitentiam, & Ordinationem. Ita MELANCTHON in *Locis* editis anno 1536. & 1538. & 1538. *Mibi maxime placet etiam addi Ordinationem, id est, Vocationem ad ministrandum Evangelij: quia hæc etiam mandato Evangelico præcipitur & addita est promissio.* Sic & Lucas Lossius in *Catechismo* anni 1557. qui anno 1554. tria posuerat.

VII. Luthero-Calvino-Zwingliani: esse quinque; Baptismus, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinationem, & Matrimonium. Ita Melancthon in *Locis* editis anno 1536. & 1538. quod sit signum rei Sacræ habeatq; mandatum & promissionem. Obstat quæritur vnum quod fuerit ante Christum.

AT, & Baptismus Ioannis fuit antequam tamen esse vult Sacramentum.



VII. Lutheranorum Mollium opinio, non fides: esse septem. Sic biennio post obitum Lutheri Synodus Lipsiana cum Wittenbergenfibus & M. Lanchhohne. Vnde Mollet vocari cepti, teste Sirio anno 1548, Quos ideo Illyricus appellat hærefiarchas Mollium. Ita fecti, necdum consentiunt.

AUTOR. Sacramenta propriè dicta & vera sunt septem, 1. A Christo instituta vel mandata: 2. Cum certo Ritu seu Signo: 3. Cumque promissione gratiæ annexa: quam Apostoli sua confidenti Ritus vsurpatione atque Solenni fat testati sunt, effectu promissionis consequente. 1. Ita docent Sacræ Scripturæ in meo *Antichristo* p. 3. q. 7. Easque sic Patres intellexerunt: sic stabilierunt Decreta Conciliorum: Nec dissentit Congruentia rationum apud Bell. *libr. 2. cap. 25. 26.*

SVADENT VERO id tribus LVTHERO-CALVINISTÆ. 1. Scriptura nusquam tradit esse septem. 2. Tradit solum duo, Ioa. 19. & exiit Sanguis & Aqua: id est, (aiunt Patres Chrysof. Cyril. Theophil. Damasc. Aug.) Eucharistia & Baptismus. 3. Scriptura negat esse septem Apoc. 17. Bestia septiceps dicitur Sacramentum: ideo is numerus Sacramentorum pertinet ad Antichristum. Ita Kemnitius *Exam par. 2. pag. 18. & 50.*

DICO AD I. Suprà patet, quod Scriptura nusquam vllum numerum Sacramentorum exprimat: non tamen idcirco est nullus.

AD II. Recta expositio Græcorum: at non negantur esse plura alia. Nam *Hebr. 6.* fit mentio solum Baptismi & Confirmationis, omissa Coena; non ideo foret hæc Sacramentum? Item Latini Patres intelligunt ibi Baptismos Sanguinis, & Fluminis probabilius. Nam sic Ioann. 5. *Hic est, qui venit per Aquam & Sanguinem Iesus Christus; non in aqua solum; sed in aqua & Sanguine.*

AD III. Istud blasphemia est. I. Quæ Kemnitius statuit Sacramenta; ea sunt etiam inter septem nostra: ergone ea duo erunt, vel tria bestię capita? 2. Dein; loānes dicit ea 7. capita esse Sacramentum, non dicit esse 7. Sacramenta. 3. Demum Ioannes exponit esse 7. Reges. Potius bestia est Lutherus vnicum asserens Sacramentum. Calvinus pro se adducit Augustinum: sed hic ibi ponit in exemplum, duo ex omnibus Sacramenta; non affirmat solum esse duo. Kemnitius Patres pro binario falsè adducit ac detorquet. Vide *Bellarmin. lib. 2. capit. 27.*

### QVÆSTIO XVIII.

*An Sacramentorum aliud sit alio præstantius?*

LVTHERVS, cum asseclis, libro de instruendis Ministris ad Pragenses. *Unum Sacramentum altero dignius esse non potest: cum eodem Verbo Dei omnia consent.*

CALVINISTÆ dicere idem coguntur. Nam cum in Cœna ponant Christi præsentiam solum tropicè; non est, cur eam Baptismo anteponant. Vnde Calvinus & Kemnitius *ad Sess. 7. Can. 3.* Omisso statu quæstionis, ad iocos dissoluuntur calumnioli. Ut, definiti septem Sacramenta esse paria, cum septenarius sit impar. &c. Nugæ tales ibi plures.

AUTOR. Sacramenta VII. eiusdem sunt generis, ideoque verè Sacramenta sunt singula: attamen specie differunt: & nullum est quod non præstet alteri secundum propriam sibi rationem. Ita Omnibus antecellit 1. *Baptismus*, in effectu remittendi peccata, maximè originale, & poenam: 2. *Confirmatio*, in gratia ad bene operandum. Luc. vlt. Se-

Kk *dece.*

dece, &c. donec induamini virtute ex alto.  
 3. Eucharistia quoad Substantiam. 4. Penitentia præstat necessitate cunctis, præter Baptismum. 5. Extrema Unctio, in effectu gratiæ specialis. 6. Ordo præstat ratione Ministri cunctis, præter Confirmationem: nam ea conferre Episcopi est. 7. Matrimonium excellit omnibus Significatione.

### QVÆSTIO XIX.

*Ecclesiam sit institueret ceremonias?*

**L**UTHERANI iuxta & CALVINIANI quot, quantasque in nos confingant calumnias; attingi nonnullas earum in meo Antipapista Mendace p. 3. q. 3. quò remitto, hinc que omitto.

Consentiant porro in ista. 1. Nullas à Christo vel Apostolis institutas esse ceremonias; quæ non extent in Scriptura: ex Traditione manantes, aspernandas esse. 2. Nullas, quæ non sint Sacramenta, habere vim spiritalem. V.g. exorcendi dæmones. 3. Non posse eas Ecclesiam institueret sic, ut teneantur fideles ad eas in conscientia, etiam citra scandalum. 4. Tales ceremonias non esse bonas, aut meritorias, nec pars diuini cultus. 5. Lingua vulgari celebranda ac ministranda esse Sacramenta.

Dissentiant in hoc: *An Ecclesia nouas possit institueret ceremonias?*

LUTHERVS lib. de form. Missæ. Confess. August. artic. 15. & 16. Melancthon in Locis de Ceremoniis, &c. & communis Lutheranorum, A iunt posse aliquas ad eruditionem, splendorem, & ordinem Ecclesiæ; modo ab sit obligatio, & opinio cultus.

CALVINVS Inst. l. 4. c. 16. §. 11. Negat id vllollicere modo. Sic & B. entius in Confess. Wittenberg. & Kemnitius in Exam. part. 2. pag. 166.

SVADENT istis. 1. Quia, Inst. 4. c. 10. §. 2. Apostolus 1. Cor. 7. *no vna quidem in re laqueum inycere. ausu est. Prospiciebat enim.*

quantum vulnus infligeretur conscientis, si eorum illis necessitas imponeretur, quarum relictia esset à Domino libertas.

2. Ad Colossenses docet non esse de vero Dei cultu petendam ab hominibus doctrinam.

3. Quia Dominus fideliter nos, & ad plenum instituit, qualiter sit colendus.

4. In fine capitis damnat omnes idæi, & superstitiosos, id est, filitios cultus hominum.

5. Idem §. 9. Apostolus Gal. 5. non patitur vlllo modo, ut fidelium conscientia in scrupulum redigantur.

6. Idem §. 10. 15. Dominus, Mattheus, apprehendit traditiones hominum.

7. Ibid. §. 12. Romanenses partim de gentium deliriis sumserunt sibi exemplum; partim simiarum more imitati sunt veteres Iudei ritus.

8. Ibid. §. 14. Deus Iudeos, ut pueros, docuit per signa sensibilia; Nos, ut viros, simpliciter. Ioan. 4. Veri adoratores in spiritu & veritate adorabunt.

9. Ibid. 15. Quicquid commendationi habent opera, id totum habent obedientis summi, quam solam Deus respicit. Non ergo placere possunt ceremonie, quas Deus non instituit.

10. Ibid. §. 17. Semel Ecclesia dicitur legitime. Quid precipio tibi, hoc obseruabis ut fueris. Non addes quicquam, nec detrahes. Prou. 30. Non te forte arguat, inueniaris que mendax.

11. Ibid. §. 23. Samatitæ à feris discerpi sunt, 4. Reg. 17. ob nouas ceremonias. Achab 4. Reg. 16. ob altare nouum positum reprobatur: Spiritus detestatur audaciam illam, quæ hominum inuenta in Dei cultu impura sunt corruptela. Et, 4. Reg. 21. Aggravatur hic crimen stantiâ crimen Manasse, quod altare nouum extraxerit in Ierusalem.

AUTOR. I. Christus & Apostoli quasdam Ceremonias instituerunt, quæ ex sola habentur Traditione. I. Vt Sacramentum Christinatis nusquam est in

in Scriptura; & tamen solus Christus id potuit instituire, utpote Sacramentum. Ita S. August. l. 2. c. 104. contra Petilianū. 2. Apostolus, 1. Cor. 11. *Cætera*, ait, *cum venero disponam*, scilicet de ritu Eucharistiæ: & nil tamen scriptum est quod disposuit: neque omiserit disponere. 3. S. Basilius libro de Spiritu Sancto capit. 27. plura enumerat tradita, non scripta: in his signum Crucis: Aquam vino misceri in Sacrificio, Christum instituisse, ait Cyprianus libr. 2. Epist. 3. Augustinus l. 3. doct. Christ. c. 21.

II. Aliquæ Ceremoniæ vim habent spiritalem: Ut Signum Crucis; idque tum apprehensione dæmonum; tum ex deuotione hominum: tum maximè ex instituto Dei & opere operato: nam infidelibus quoque legitur vsus signi Crucis profuisse.

III. Ecclesia potest instituire nouas Ceremonias non ad iustificandum impium; sed alios ad effectus spiritales, scilicet ad repræsentandum aliquod mysterium religionis; ad ornandum; ad curandos morbos; ad pellendos dæmones, peccata venialia, &c. idque per modum imperationis. 1. Sic Iacob, Genes. 28. erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper. &c. Noua hæc ceremonia. Synagoga autore Mardocheo, nouum festum instituit. Esth. 9. Item Iudith cap. ult. Item 1. Mach. 4. nouum festum dedicationis. Apostoli, Act. 15. Ut gentiles abstinere à suffocato & sanguine.

IV. Ecclesia potest obligare conscientias ad ceremoniam sub peccato, etiã citra scandalum. 1. Quia, Rom. 11. *Non est potestas, nisi à Deo: quæ autem à Deo sunt,*

*ordinata sunt. &c. Qui autem resistunt, Dei ordinationi resistunt, & sibi damnationem acquirunt.* 2. Quia ob ceremonias ortæ sunt dissensiones ac hæreses in Ecclesia: Ut A. & 15. *Visum est. &c. nihil vltra imponere verbis oneris*: Onus conscientiæ ligat. Ut de Patchate, quo die celebrando: de hæreticis rebaptizandis; de ciborum delectu, festis, cereis, imaginibus. &c. 3. Nisi igitur lege sanciri possent ceremoniæ, nil in Ecclesia ordinatum, non conformitas perstaret: Ideo, 1. Cor. 14. *Omnia honestè & secundum ordinem fiant.* Caluinus Inst. l. 4. c. 10. §. 27. ait, dissolui neruis & deformari Ecclesiam, si cuique liceat mutare ceremonias. &c.

V. Ceremoniæ sunt res, non indifferentes, sed vtilis, meritoria, & pars quædam cultus diuini. 1. *Vtilis*, Ad augendam pietatem: informandum intellectum: ad memoriam: ad fidei exercitiū & professionem: ad conseruationem religionis: ad distinctionem Catholicorum ab hæreticis. 2. *Meritoria*: quia sunt opera virtutum, actus religionis, deuotionis. 3. *Sunt pars diuini cultus*: quia Cyprian serm. de Orat. *Placendum Deo est habitu corporis, & modo vocis.* Exteriora enim enunciant de interioribus: hæc autem bona Deo sunt grata: ergo & illa. Deus verè offenditur exteriori irreuerentia: ergo & colitur exteriori reuerentia. &c.

VI. Latine sunt administranda Diuina: Non de iure diuino: neque de essentia Sacramentorum, sed proprium Ecclesiæ latinæ est. &c. Cur? Consule Bellarminum.

DICO AD I. Agitur ibi de Virginitate seruanda, quam Dominus non imperarat, sed consuluerat.

AD II. Agit contra Iudaizantes Simonianos & Gnosticos, non contra ceremonias Ecclesiæ.

AD III. Verum est generali instructione, non particulari.

AD IV. Damnat Simoniana, & humano ingenio priuato inuenta.

AD V. Loquitur de seruitute Iudaica: & Calvinus falsò detorquet aliò.

AD VI. Pharisaicas Dei præcepto contrarias; vanas; pluris æstimatas, quàm Dei cultus.

AD VII. Est argumentum Manichæorum apud Aug. l. 20. contra Faustum c. 4. Est & Vigilanti apud Hieronymum. Dein; non omnia gentilium sunt mala & reiicienda; maximè à dæmonum cultu ad Dei cultum translata.

AD VIII. Ceremoniæ Iudaicæ vmbra erant futurarum: nostræ autem indices sunt præsentium rerum spiritalium; & requirunt internum cultum, excitantque ad cœlestia.

AD IX. At obedientiæ opera sunt meritoria, siue à Deo, siue ab Ecclesia mediatè instituta.

AD X. Non omnis additio prohibetur; sed corruptoria, superstitiosa, &c.

AD XI. Calvinus malâ fide vitur exemplis: Nam iis idololatria reprehenditur.

### III. DE BAPTISMO.

#### QVÆSTIO XX.

*Baptismi que definitio, Materia,  
& forma?*

LUTHERANI, vt MELANCHTHON in Locutione 1558. de Sacrif. *Baptismus signum est, quo Deus nobiscum agit, & recipit nos in gratiam.*

AUTOR. AT, hoc commune est omnibus Sacramentis.

CALVINVS Institut. l. 4. c. 15. §. 1. *Baptismus est signum initiationis, quo in Ecclesiæ copramur societatem, vt Christo insitu inter filios Dei censeamur.*

AT, nil hic de Essentia Sacramenti: nil de Effectu seu fine regenerandi primariò; solum quod testetur fidem accipiat. Tale signum erat & Circumcisio, inferens venturo Christo Iudæos. Itaque *Baptismus est Sacramentum, en genus, regenerationis per aquam; en differentia, en verbo vite, en forma.*

II. LUTHERVS in *Symposiaco*, c. 17. *Baptismus est rarus, in lacte, cereuisia, aut quocunque liquore detus, qui nomine balnei possit appellari. Vide in m. Antichristo p. 3. q. 8.*

III. LUTHERANI communiter docent statum vitæ formæ rari non sit: ea ad substantiam Sacramenti necessaria.

LUTHERVS l. de Capt. *Babyl. cap. de Baptismo* fecit, *Baptismus esse ratum, 1. Quibuscunque nobis collatus, dummodò in nomine Domini. 2. Inò dummodò suscipiatur in nomine Domini; et si in nomine diaboli daretur ab impiissimo: 3. Q. in etiam ab ipso diabolo. Vide sup. q. 10.*

ZVINGLIVS lib. de vera & falsa religione. *de Baptismo idem non necesse fuit: a vi forma, non se tenent vetare. Vnde quidem baptizabant In Nomine Patris &c. quod Arianum est. Vide in Genealogia, 3. quæst. 4.*

AUTOR. Forma est: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Baptismus datus solum in nomine Christi, aut absolutè, aut sub conditione, esset repetendus. Dicta forma colligitur et Matth. 28. sed non euidenter; vt cogamur ad Ecclesiæ Traditionem recurrere: quam Calvinus ac Lutherus aspernatur. Patet: & sic declararunt Concilia, & S. Patres.*

sub nomine solius Christi baptizantur Apo-

Apostoli, ex dispensatione, ut putant quidam: Alii rectius negant sic baptizasse; sed exponunt tres personas esse expressas: Nam responderunt Paulo, Act. 19. *Neg, si Spiritus Sanctus est, audiimus.* Et ille: *In quo ergo baptizati estis?* Quin in Canonibus Apostolorum damnantur, qui non baptizant in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Itaque in nomine Christi, non solius, sed in Instituto Christi: id est, in nomine Trinitatis, baptizasse dicendi sunt. Ita Patres.

## QVÆSTIO XXI.

*An, & quatenus necessarius ad salutem est Baptismus?*

PELAGIANI, ait August. lib. de heres. c. 69. negabant necessarium ad remissionem peccati originalem; sed ad cœli ingressum.

WICLEFVS etiam hoc negabat. Quod nil esset nisi meum symbolum exterium.

1. ZWINGLIVS l. de vera & fal. relig. item negat utrumque.

2. MARTINVS BUCERVS, in Matt. 3. item: Sed quod pueri prædestinati sine Baptismo saluentur; reprobi etiam cum Baptismo damnentur.

3. CALVINVS in Antid. Sess. 6. cap. 5. & Instit. l. 4. c. 16. §. 23, 24. vult paruulos fidelium etiam sine Baptismo sanctos esse, membra Ecclesiæ, & saluari si moriantur: Quod eis non imputetur peccatum originale, ex vi fœderis cum Abrahamo, Gen. 27. *Ero Deditus. & Seminis tui.* Nos enim per Christum successimus in posteritatem Abrahamæ.

4. Sic & Petrus Martyr: Quia, 1. Cor. 7. *Alioqui filij vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt.*

5. Sic & HENRICVS BULLINGERVS, Zwinglii successor Tiguris: qui addit: Vi fœderis sanctos esse, quorum parentes aliquando fuerunt fideles: imò maiores olim.

AUTOR. Concilium Tridentinum Sess. 7. Can. 2. sic definit: *Si quis dixerit, Baptismum non esse necessarium ad salutem, anathema sit.* I. Sic istud Ioan. 3. *Nisi quis renatus. &c.* exponunt S. Patres, &iple Dominus declarauit. Vide *Antichristump. 3. q. 9.*

II. Quia Sectariorum interpretationes loci huius sunt vanæ.

Ut 1. Caluini in Antid. Kemnit. Patres, ut Basiliam, per *Aquam* accipere *Mortificationem peccatorum.* Aut *Aquam* esse epithetum Spiritus Sancti.

AT, Contrarium Patres apud Bell. l. 2. de Sacramentis c. 3.

2. Petri Martyris in 1. Cor. 7. Sat esse si ex altero, sc. Spiritu Sancto: Er, enim non importat parem vtriusque necessitatem.

AT, ambo *Aqua & Spiritus* ad eandem regenerationem requiruntur.

3. Zwinglii in Maro. 1. Totam sententiam accipi de penitentia.

4. Wicleffi: *Aquam* esse Christi passionem, deltere Christi manantem.

AT, Axioma est Theologorum: *Scriptura intelligenda est secundum proprietatem verborum, ubi non cogimur euidenti absurdo.*

III. Quia, Traditio est: Infantes perire non baptizatos. Sic Concilia; Testimonia Pontificum; S. Patrum, &c.

IV. Quia, Fundamentum Sectariorum sic euertitur. Elau erat optimi patris filius: & tamen, Rom. 8. Deus eum odio habuit: Non ergo nascuntur sancti filii sanctorum; nec omnes prædestinati: Cur autem aliqui non prædestinati? Nescio, dicant. Item, Dauid erat filius credentis: & tamen ait, Psal. 50. *In iniquitatibus conceptus sum. &c.* Item, Paulus: & tamen Eph. 2. *Eramus & nos natura filij iræ, etiam reatu, qui debetur ad iram.*

Kk 3 5. Axio-

5. Axioma est: Christianos non nasci; sed fieri: iuxta S. Patres etiam. Ergo. &c.

OBIICIUNT I. Gen. 17. *Ero Deus tuus, & Semini tuo*: hoc nos sumus: ergo sancti. 2. 1. Cor. 7. *Filij vestri immundi essent; nunc autem sancti sunt*: Ergo ipsa natiuitate sunt sancti antè, quàm baptizentur.

DICO AD I. Ea promissio fuit peculiaris protectionis; non Remissionis peccatorum. Esto: fuerit etiam de spiritali gratia; hæc tamen ad nos descendit per Christum ex fide. Tunc enim incipimus esse filij Abrahæ, & fideles, cum baptizamur, non cum ex fide nascimur. Neque scimus parentes nostros secundum carnem ab Abraham descendere: hoc scimus, eos fieri filios Abrahæ, qui ex Deo nati sunt.

AD II. Ibidem dicit, Coniugem infidelem sanctificari per fidelem; id quod tamen non fit, nisi conuertatur; ita nunc sancti non sunt, nisi in Baptismo sanctificentur.

#### QVÆSTIO XXII.

*Baptismi minister quis esse debeat, ac possit?*

CALVINVS *Instit. lib. 4. c. 15. §. 20. 21. 22.* Soli Ordinarii, ait: nemoque alius, nec in extrema necessitate. Sic & in *Antidoto Sess. 7. Can. 10.*

SVADENT I. Quia, Matt. 28. *Euntes docete. &c.* Hæc dicuntur solis Apostolis, qui à Christo instituti sunt *Ministri Verbi & Sacramentorum*: Non ergo licet alijs id munus usurpare. 2. Quia, nec veteribus constitit, recte laicis in necessitate permitterent baptizare: recte *August. l. 1. contra epist. Parmen. c. 13.* 3. Quia, Concilium Carthaginense prohibet mulieribus baptizare. Sic & *Tertull. & Epiphanius* docent. Marcion permisit mulieribus, quod nec Christi matri datum fuit.

AVTOR. I. Ius baptizandi proprium est ordinariè sacerdotum, quibus id Episcopus concesserit: Aut Diaconis conuenit, absente presbytero: Idque cum solennitate.

II. Quin etiam Laicis in necessitate, absque tamen solennitate, licitum sit, fueritque; dubitatum in Ecclesia nunquam est.

III. An verò item non baptizatis liceat in casu necessitatis, veteres addubitarunt. *Aug. l. 2. contra Parm.* non audeat determinare; donec Concilium id definit. Factumque est in Florentino.

1. *Ratio*: Quia in ministro non requiritur fides, aut probitas, aut Ordinatio, vt ratus sit Baptismus; neque sexus certus; vt etiam foemina tingere possit, absente viro.

2. Sic Scriptura docet in figura, *Exod. 4.* Sephora filium circumcidit eodem Moysè; quem occidendum sic seruauit, & placuit Angelo: Quò iniuriosius eam traducit Calvinus, ac mendacius. *Exempla ex Actis Apostolorum* vide in meo *Antichristo p. 3. q. 10.*

3. Sic Patres. *Tertull. libr. de Baptis. Et laicus ius est baptizandi: Quod enim ex quo accipitur; ex aquo dari potest.* Alexander Episcopus Alexandrinus ratum habuit Baptismum Athanasii pueri pueri datum.

DICO AD I. Dictum id omnibus fuisse, facta docent Apostolica; ratum namque habuerunt, concionari, & baptizare Philippum, Stephanum, Ananiam.

AD II. Iniuriam facit Augustino, affirmanti Baptismum à laico datum im-



impie repeti, & dari in necessitate, peccatum esse nullum, aut veniale.

AD III. Concilium excipit casum necessitatis. Et Patres licere negant cum solennitate: hoc enim foret ludibrium, ut ait Epiphanius.

### QVÆSTIO XXIII.

#### An baptizandi sint Infantes?

ANABAPTISTA primus ex Lutherano factus, Anno 1527. test. Co. hlaeo in actis Lutheri, Balthasar Pacimontanus, demum Viennæ cernatus; negavit, cum hæreticis, tempore S. Bernardi coortis, ac ab eodem retentis *Se. m. 66. in Cantu & epist. 240.* Nec veluit baptizari quonquam ante XXX. ætatis annum. Lutherus & Calvinus acriter in Anabaptistas conuenerunt. Ministri tamen Transilvani duos communis consensu libros eide unte contra Trinitatem, Incarnationem, & Pædobaptismum

ET ASMV S in præfat. præphrasit in Matthæum docet, baptizatos in infantia, ubi adoleuerint, interrogandos, an ratum habeant quod in Baptismo promiserunt: si negent, liberos esse dimittendos. Transilvani adducunt argumenta, 6 :

SVADENT ILLIS. 1. Quis, de pædobaptismo nullum extat mandatum, seu præceptum in Scriptura. 2. Mandatum est prius Doctore. 3. Christus, Baptista, Paulus non baptizarunt infantem. 4. Reiprobi non sunt baptizandi, ne prophænetur Sacramentum; at inter infantes multi sunt reprobi. 5. Infantes non credunt. 6. Cogi ad Baptismum est plus tribuere Sacramento; quam par. 7. Non est articulus fidei pædobaptismus. 8. Si Baptizandi ergo & communicandi sunt. 9. Non dandus Baptismus absque penitentiâ, *Mar. 1. Act. 2.* Nec sine otis confessione: hæc non possunt infantes &c. Vide *Syll. I. de Baptismo c. 9.*

AUTOR. Infantes sunt baptizandi. Ita Concilium Tridentinum *sess. 7. Can. 12. 13. 14.* 1. Quia, infantes circumcidendi erant; at, *Coloss. 2.* Circumcisio quidam Baptismus est. Lutherus Calvinistis, concionalem formam requirentibus, Anabaptistæ negant inuicti consequentiam. 2. Domini vniuersale edictum est, *Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c.* speciale;

Matth. 19. *Sinite paruulos ad me venire. &c.* Et verò, *Luc. 18. Afferebant ad eum & infantes;* quos amplexans benedixit. Calvinistis hoc argumentum est infirmum: quòd negent *Ioann. 3.* agi de Baptismo. 3. Traditio Ecclesiæ perpetua custos est, fuitque pædobaptismi. *Melanchihon in Locis, de Baptismo:* hanc opponit in prima acie Anabaptistis. 4. Sic omnium retrò sæculorum Patres tradiderunt: Concilia sancierunt: Pontifices definierunt. Et ratio euincit. Vide in *Genealogia part. 3. quest. 6.*

DICO AD I. Efficax hoc contra Luthero-Caluinistas est, nil extra Scripturam credentes. Nobis, Traditio conformis est Scripturæ, & vincit.

AD II. Is ordo seruandus in conuersione gentium erat: seruatque nunc Ecclesia in adultis.

AD III. Dicunt; docebunt nunquam. Ad Ioannem Iudæa omnis confluabat, quin & infantes ac paruuli, quis negarit? Ad Christum *afferebant infantes.* Paulus Stephanæ domum baptizauit: cur non & infantes?

AD IV. Sic nec adulti forent baptizandi. Validum argumentum est contra Luthero-Caluinistas, qui volunt Baptismum esse diuinæ beneuolentiæ Sigillum.

AD V. Euincit contra Luthero-caluinistas, requirentes fidem actuaalem in infantibus, ac sentire eos Spiritum Sanctum.

AD VI. Validè contra Calvinum: Nil ad nos.

AD VII. Est implicite in Scriptura: expresse in Traditione.

Ad VIII.

AD VIII. Dispar est ratio. Eucharistia est adultis solum necessaria: nec tamen necessitate Medii, vt Baptismus in infantibus. Idem de pœnitentia. &c.

QVÆSTIO XXIV.

An, & qualis in padobaptismo requiritur Fides?

LUTHERVS lib. de Capt. Babyl. anno 1520, asserit: *Omnia Sacramenta ad Fidem alendam instituta. Item. Non iustificant, nec profunt quicquam; sed sola Fides. Item: Non implentur dum fiunt; sed dum credentur. Demum ait: Opponetur hie Baptismus paruulorū, quæ promissionem Dei non habeant; nec fidem habere possint. Respondet duo: 1. Infantes credere. 2. Acquirere fidem oratione Ecclesiæ, & fidem offerentium eos. Quin asserimus, prorsus non esse baptizandos, si verum est, in Baptismo non Credere; ne illudatur Maiestati Sacramentum & Verbum. Imò ante Baptismum, dum exorcisantur, vult eis infundi fidem; quæ esse actualis debet, non habitualis.*

Hinc tres coortæ sunt Sectar. 1. Anabaptistarum; Infantes non esse baptizandos; quod non credant; imò reclamant; 2. Sacramentariorum: Esse baptizandos; sed non requiri in eis fidem. 3. Mollium Lutheranorum: Esse baptizandos, & habere fidem ipsos. Sic anno 1536. Synodus Wittenberg, apud Cochlaum l. 3. Miscell. tract. 8. c. 2. Estque communis; & sic exponit; Eos habere aliquam actionem: Quam, nesciri; certum esse motus sanctos & novos; inclinantes in fidem, similes motibus fidei.

SACRAMENTARIII. sequuntur in hoc Lutherum: *Non requiri fidem: Non sequuntur in fundamento; nam ex alio id colligunt: scilicet ex promissione factâ Abrahamæ & semini eius. Gen. 17. Lutherus eis huius præbuit occasionem, scribens anno 1528. contra Anabaptistas. Nil interesse, siue credant, siue non credant: quod Baptismus non fundetur super fidem dantis, aut recipientis; sed super mandatum Dei. Similia in hom. de Baptismo, anno 1537. & 1540.*

Vnde CALVINVS *Inst. l. 4. c. 16. sequi priorem Lutheri sententiam cupiebat; sed nõ audebat, §. 18. 19. Sic Beza, Confess. c. 4. art. 48. Martyr in 1. Cor. 1. & 7. Infantes non credere; rectè tamen baptizari: quod antè*

sanctificati essent, & membra Ecclesiæ facti per donum Electionis diuinæ, & factam parentibus promissionem in Abrahamo.

SVASIO LUTHERI. 1. *Sinon crederent, illudetur Sacramenti sacrilego mendacio, dum respicitur pro infante; Credo. 2. Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt; Igitur credunt. 3. Baptistia exultauit in vtero. Luc. 2. Non igitur mirū, si infantes habeat novos motus. 4. Mart. 23. qui acceperit regnum caelorum, sicut paruulus, veniat et bit in illud. Igitur oportet infantes accipere aliquam operationem. At recipere non possunt fidem cum cognitione; ergo nouum motum sine cognitione.*

AVTOR. I. *Infantes non habent actualem fidem. 1. Quia, id Lutherum nullâ docere possunt Scripturâ. Et, Dion. 1. Iona ult. infantes non dignoscunt bonū à malo. 2. Quia, S. Patres eam sententiam reiiciunt, vt Nazianzenus, ait, eos sine sensu sanctificationis sanctificari. August. epist. 57. ait, iniuriam fieri sensibus. Epist. 23. tract. 80. in Ioan. l. 4. de Bap. c. 24. Eos non habere fidem, quæ est in cogitatione: nec sensum fidei. Meritur ergo Kemnitius, eandem Lutheri & Augustini asserens esse sententiam. 3. Fides ex auditu est, Rom. 10. ordinario modo: at si omnibus infantibus à Deo fides reuelaretur, iam tum & hoc esset modus ordinarius, & infantes essent propheta. Minus autem per vim Verbi procedunt, quia non intelligunt: estque hoc nouum ponere miraculum in auribus & mente infantium. Nec fides offerentium supplet; quia hi aliquando sunt omnes hæretici. 4. August. epist. 170. Quia, infantes obstrepunt Baptismo: si quo modo intelligerent, reos se facerent sacrilegii.*

II. *Non habent novos motus, similes fidei, & sine cognitione. 1. Quia, de tali fide nil in Scriptura, quæ sit sine cognitione. 2. Repugnat rationi: Nam motus ij*

non esse possunt in corpore, quod fidei incapax: non in animo; quia implicat eos tunc esse absque cognitione. 3. Repugnat Luthero: qui vult solam fidem iustificare; at hæc non potest esse absque cognitione: nam motus intellectus est intelligere. Item; sine vera fide non est iustificatio: at illa absque cognitione non est vera; ergo nec iustificans.

III. Non iustificantur tamen absque ulla fide, ut Sacramentarii volunt. I. Quia, Ioann. 3. *Qui non credit iam iudicatus est.* Vnde probat S. Aug. *lib. 1. de pecc. mer. c. 33.* fidem esse medium necessarium ad salutem. Vide *Antichristum p. 2. q. 12.*

IV. In Baptismo infunditur eis habitus fidei, spei, charitatis. I. Sic Concilia. Quia, Scriptura docet sine fide impossibile placere Deo. Fides autem cum significet actum, vel habitum; actus verò nullus inesse pueris queat; habitum infundi necesse est. 2. Sic Patres: Ratio; Quia, paruuli dicuntur & sunt verè fideles: Nã, Eph. 3. *Christus habitat per fidem in cordibus eorum, infusã occultè eis gratiã suã.*

V. Paruuli actu credunt. I. Quia, August. *lib. 1. de pecc. mer. c. 7.* Ipsum baptizari, est credere. Sicut non loquendo, sed moriendo confessi sunt, teste Ecclesia. 2. Quia, aliena fide credunt: Ita vniuersaliis Patrum consensus.

DICO AD I. Aug. serm. 10. de verb. Apost. *Accommodat Ecclesia infantibus aliorum pedes, ut veniant; aliorum cor, ut credant; aliorum linguam, ut confiteantur.* lute. Cum peccato alieno grauentur.

AD II. Illi grandiores erant: nam vocauit eos, venerunt; scandalizari poterant, teste Domino.

AD III. Aug. *epist. 57.* Exemplum

vnus non est regula generalis. Et Ioannes cognouit Dominum, ait Ambr. Beda; infantes autem non cognoscunt.

AD IV. Recipiunt verè habitum fidei.

## IV. DE EFFECTU BAPTISMI.

### QVÆSTIO XXV.

*An Baptismus peccata remittendo re-  
gat; an tollat?*

LUTHERO CALVINISTÆ tegi, non tolli, aiunt  
cum Origenistis & Massaliants.

LUTHERVS art. 1. *In puero post Baptismum negare remanens esse peccatum, est Paulum & Christum conculare.* In Assert. art. 1. *Aliud est, omnia peccata remitti, aliud tolli; Baptismus omnia remittit; sed nullam penitus tollit sed nequit tollere.*

2. CALVINVS in Antid. Sess. 6. *Manet verè peccatum in nobis, neque per Baptismum statim vno die extinguitur; sed, quia deletur reatus, imputatione nullum est.* 3. *Remanet in Exam. Sess. 5.* ait, verè remitti, tolli, ac deleri; manere tamen reliquias peccati originalis, quæ sicut malum culpæ & peccatum, ob quod homo damnari posset, si Deus imputare veller. Lutherus & Melancthon mentiuntur idem docere S. Augustinum.

FUNDAMENTVM eorum est, quod putent Concupiscentiam esse propriè peccatum, etsi repugnemus ei, & nil contentiamus De quo supra par. 1. & infra par. 4.

AUTOR. Baptismus verè tollit omnia peccata, ut nil remaneat, quod imputari queat. I. Quia, Scriptura vtitur vocibus mundandi, lauandi, tollendi, delendi, auferendi, &c. quæ per Non imputari non possunt exponi. Pl. 50. *Dele iniquitatem meam.* Mich. 7. *Aufer iniquitatem.* Eph. 5. *Mundans eam lauacro.*

2. Quia dicit, *tollit maculas, inquinamenta, & iniquitates:* quæ voces significat foeditatem, non solum reatum imputati-

L I titi-

titium. Cant. 4. *Tota pulc. &c. & macula non est in te.* Eph. 1. *Elegit nos, ut essemus sancti & immaculati;* Col. 1. *& irreprehensibiles.* 2. Cor. 7. *Iubemur exnere veterem hominem & induere nouum.*

Quia, comparatur ea mundatio rebus verè mundis. Ps. 50. *Lauabis me, & super Nivem dealbabor.* Isa. 1. *Sicut nix, sicut lana, alba erunt.* Isa. 44. *Deleui ut Nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata.*

4. Quia, Baptismus continet similitudinem mortis & resurrectionis Dominicæ. Rom. 6. *Consepulti sumus cum Christo per Baptismum in morte &c. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia semel etiam vivemus cum Christo. Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.* Vnde pulchrè S. August. in Enchirid. c. 52. *Sicut in illo vera mors facta est, sic in vobis vera remissio peccatorum: & ut in illo vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio.*

5. Figuræ id docent. Mare rubrum, 1. Corinth. 10. submergens Ægyptios. Iordanis, 4. Reg. 5. sanans lepram. Porcorum, Matth. 8. suffocatio. Probatice, Ioann. 5. cæci, Ioann. 9. curatio loti. Circumcisio verè realis. Greg. libr. 9. epist. 39. *Qui dicit peccata in Baptismate non funditus dimitti; dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos.* Vide Geneal. p. 3. q. 7. & Antichristum p. 3. q. 13.

#### QVÆSTIO XXVI.

*An Baptismus, reddat homines impeccabiles?*

**L**UTHERVS *de Capt. Baby. c. de Bapt. exorem,* tempore S. Augustini coortum, ipso scilicet l. 21. Civ. cap. 23. *Baptizatos non poss. damnari, etsi perditissime vixerint, innoxiauit. Eius verba sunt: Non potest homo damnari, nisi non sit crederet.*

Cuius duplex est sensus. I. Nullum esse verè peccatum, & in se mortale, nisi Incredulitatem, Et hunc ne-

gant aduersarii; quin contra contendunt; omnia opera etiam optima, in se esse peccata mortalia, iuxta opinionem iustitiae Dei.

2. *Sensus.* Qui habet fidem, nullum habere peccatū, nec perire posse: & qui peccat, hoc ipso non crederet: adeo omnia peccata esse coniuncta cum infidelitate; & fidem cum iustificatione. Ita exponit Kemnitius: admittitque Calvinus: Ut enim, aiunt, peccata destruant fidem; ita fides reuiuiscens destruit peccata.

3. *Sensus;* Possit hominem, dum peccat, retinere fidem; at peccata, ob fidem, non imputari. Hunc esse episcopum dicunt Kemn & Calvin, in *Anti d. sess. 7. Can. 6.* esseque Lutheri negat Kemnitius. Quicquid agit Lutherus est innovato. hæc est, tempore S. Augustini exorta, ac ab eo refutata.

CALVINVS in *Anti d. Sess. 7. Can. 7.* ait: semel verè iustificatum excidere salute & gratia nunquam posse. Idem *Inst. 3. c. 2. §. 11. 12.* Veram fidem, ait, semel habitam amitteri non potest; esseque donum electorum propriū: Et Baptismo, tanquam Dei chirographo, nos certiores reddi de perpetua adoptionis gratia. Sic olim & Iovinianus.

AUTOR. Conc. Trid. *Sess. 7. Can. 11.* prædicta omnia damnauit. I. Iovinianismum Calvinus refutauit S. Hieronymus l. 2. contra Iovin. & S. Aug. l. de heres. c. 82. ex S. Scriptura Rom. 11. *Tu fide stas; non li alitū sapere.* Heb. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, renouari ad penitentiam.* 2. Pet. 2. *Melius erat eis non cognoscere viam iustitiae.* Act. 8. Simon baptizatus credidit, & tamen excidit. Istud igitur, 1. Ioa. 3. *Omnis, &c.* intelligendum est in sensu composito; seu istud Matt. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere:* scilicet dum manserit bona Ita Aug. Hieronymus.

II. Alterum errorem, Anonymum olim, nunc Lutheranū, refellit S. Aug. l. de heres. c. 82. & lib. de fide & operibus: illis. I. Rom. 8. *Si secundū carnem vixeritis, moriemini.* 1. Cor. 6. *Nolite errare, neq. fornicari;*

vii, neq. fures. &c. regnū Dei possidebunt &c.  
 2. Si ita, vt vult Calvinus, nulli vnquam  
 fuissent Apostata: At Act. 20. *Ex vobis i-*  
*psū dixerūt viri loquētes peruersa, vt abdu-*  
*cant discipulos post se.* 1. Tim. 1. *Quidam nau-*  
*fragauerunt circa fidem.* 1. Tim. 4. *In nouis-*  
*simis temporibus discedent quidam à veritate.*  
 1. Ioan. 2. *Ex vobis exierunt.*

III. Iam sensus tertius est Lutheri,  
 quantumuis neget Kemnitius.

Nam ita Lutherus de Capt. Babyl. c. de Bapt. Nulla  
 peccata eum possunt damnare, nisi sola in credulitas: cetera  
 omnia, si edat, vel fides fidei in promissionem diuinam  
 baptis. ito sustinet, in momento absorbetur per canē fidei.  
 Idem h. de libert. Christiana: Non facit personā do-  
 nam, nisi fides; nec malā, nisi incredulitas. Idem q. An o-  
 pera faciant ad salutem; assert. 1. *Vt nihil iustificat nisi*  
*fides; a nihil peccat nisi incredulitas.* Assert. 2. *Iustificati-*  
*o propria est fidei quarto modo; & peccatum incredulita-*  
*tati.* &c.

Sensus secundus est hæreticus. Quia,  
 1. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem, ita vt*  
*montes transferam; charitatem autē non ha-*  
*buerō; nihil sum.* Vide Geneal. p. 3. q. 8.

#### QVÆSTIO XXVII.

An per Baptismum liberentur homines  
 à seruanda lege?

LUTHERANI omnes, inprimis Kemn in Exam p.  
 2. pag. 276. ita docet: Facere contra legē, est peccatum  
 quidem; Non tamen imputatur habenti fidem. Quia  
 fides non pendet ab implementatione legi; sed à sola Dei mi-  
 sericordia, quæ per fidem apprehenditur. Ideo fere Cō-  
 munis est: Christiani non obligantur ad legem diuinam;  
 sed tantū ad fidem. Et in hoc consistit Christiana libertas.  
 Ita Luth. de Votis Monast. Vnde idem in Gal. 2. *Si con-*  
*scientia dicitur. Peccasti, responde, Peccasti. Ergo Deus pu-*  
*niet et damnabit? Non. At lex Dei hoc dicit. Sed nihil mihi*  
*eum lege. Quare? Quia habeo libertatem.*

CALVINVS Inst. 3. c. 29. §. 2. 4. 7. idem: Ac  
 in Antid. Sess. 7. Can. 7. profiteretur hunc Cā. 7.  
 contra seā, suorumq; sententiā esse positum.

SVADET istis Kemn. ibid. & vulpinatur duo dicens. 1.  
 Lutherū non docere libertatem ab obedientia legis; sed  
 gratiā Baptismi & iustificationē non pendere à Condi-  
 tione legis impletæ; quasi nemo saluetur, nisi qui id an-  
 tē metueat obseruare lege; sed gratis dari salutē. 2. Cō-  
 cil. definisse, quod Salus pendeat à Cōditione legis ob-  
 seruatæ. At hæc est mens pseudoapostolorū, teste Gal. 5.

Qui circumciliatur, debitor est vniuersæ legi faciendæ; se-  
 ante Circūcisionem Ego Conc. consentit cum pseudo-  
 apostolis. 3. Mentitur; Quia in Baptismo renunciamus  
 Satanæ, & profiteamur nos Deo seruaturus; inde colligere  
 Conc. Trid. quod Gratia Baptismi non pendeat à sola fi-  
 de; sed à Cōditione legis. 4. Quia, non baptizatur in  
 M. ylen, sed in Christū, id est, non in Legē, sed Euangeliū  
 un: ideo Conc. Trid. pro voce Euangeliū posuisse legē,  
 vt indicaret, gratiā Baptismi ab Legis obedientia pendere.

AVTOR. Conc. Trid. Can. 7. ita habet.  
 Bapt. non id efficit, vt homo solus fidei debi-  
 tor sit; non autē implēda vniuersa legis Chri-  
 stiana. Quia Mat. 19. *Si vis ad vitā ingredi,*  
*serua mādātā.* Ro. 8. *Debitor es sumus nō car-*  
*nī.* &c. *Si n. secū dū carnē vixeritis, morie mi-*  
*ni: Si autē spēs uis facta carnis mortificaueritis,*  
*viuetis.* Nā, Gal. 6. *Quæ quis seminauerit,*  
*hæc et metet.* &c. Resp. ad hæc Luth. est tale:

LUTHERVS in Gal. 3. Cum illaqueat te argumenta  
 ex Scriptura, pro defensione honorū operū assumptis, respō-  
 do: Hic mecū est Christus; illic n. h. s. c. Scriptura testimo-  
 nia pro operib. Christus autē Dominus est Scriptura, &  
 honor il. ego ū. Item respōde sim. liciter: Tu vrges seruum,  
 id est, Scripturam, quam relinquo tibi; Ego vrgeo Domi-  
 num, qui Rex est Scriptura.

AVTOR. Nimirum hic aliās merā cre-  
 pat. Scripturam, vt Patres reiiciat; præ-  
 que his solus audiatur. Nunc & præ Scri-  
 pturis audiri affectat.

DICO AD I. Kemnitii. At disertē  
 cōtrariū ita Luth. I. de libert. Christiana.

Nulla o. cre. nullā legē Christiano homini opus est; cum  
 per fidē liber sit ab omni lege. In arg. ad Gal. ūma ars &  
 sapientia Christiana est, Nescire legē, ignorare opera, et eos  
 tam iustitiā adiuuam. Et intra: *Ad nouum hominem ni-*  
*hil pertinet lex: vt ote obseruari impossibilis.*

AD II. Mentitur Kemn: quin Con-  
 trariū definit Conc. Sess. 6. Can. 8. sc. Nulla  
 nostra merita esse ante gratiā iustificatio-  
 nis: Et Can. 7. Ab ipso Bapt. nasci debitū  
 seruandæ legis Christi. Nec Concil. cita-  
 uit Paulum: Et hic habet, post Circūcisi-  
 onem nasci obseruandæ legis debitū, nō  
 ante. Nec Paulus loquitur de abusu pseudo-  
 apostolorum: teste Caluino in Antid.  
 ad Can. 7. sed ex sua mente. Vnde ait: *Testi-*  
*ficor omni homini.* &c. Ll 2 Ad

AD III. & IV. Somniat, fingit, & affingit nobis sua deliria: Ecquæ enim consequentia: profitemur in Baptismo, nos Deo seruituros: verum est: Ergo, dicimus, Baptismi gratia penderet à legis conditione? Vah putidam consequentiam; sed Kemnitianam, nunquam nostram.

QVÆSTIO XXVIII.

*An Baptismus liberet à lege Ecclesiastica?*

LUTHERVS in *Capt. Babyl. c. de Bapt.* Papa non potest vllum hominem per vllam syllabam obligare in conscientia. Idcirco Baptismus, cum liberet à lege diuina obligante conscientias sic, vt, tamen si peccent in eam, non tamen impuetur: magis liberat ab Ecclesiasticis legibus nil obligantibus, nec reatum inducentibus, et si studiosè peccet, ut in ipsas.

CALVINVS in *Antidoto Sess. 7. Can. 8.* Lutherum propugnat; impugnat Tridentinum Concilium.

SVADENT. 1. *Vnus est saluator*, Iac. 4. *qui potest perdere & saluare: Vbi hoc falsum esse demonstrauerint, non recusabimus, quin suis nos legibus adstringant.*

2. Kemnitii in *Exam.* Per Baptismum addicimus diuina seruituti: ergo liberamur ab omnibus aliis vinculis. 3. *Atque hoc est, quod Scriptura passim docet, Mar. vlt. Baptizantes eos in Ene. docentes seruare eos, quacumque mandauit vobis.* 4. 1. *Cor. 7. Pretio emti estis, nolite fieri serui hominum.* 5. *Col. 2. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi; qui adhuc decretis mundi tenemini, iuxta mandata & doctrinas hominum? Ezech. 20. In præceptis Patrum vestrorum nolite ambulare. Matth. 15. Frustra colunt me mandata hominum.*

AVTOR. Ita Concil. Trident. Sess. 7. Can. 8; *Non liberat Baptismus homines ab obligatione Ecclesiastica legis.* Supra par. 2. q. de Pontif. id docuimus, Papam obligare conscientias posse.

DICO AD I. *Vnus est*, contra, & supra quem nemo potest: ligat, occidit; & quis est qui soluat, viuificet? At subdelegatos habet & in Ecclesia, & in Politia.

S. Iacobus autem voluit, non detrahendum esse hominibus; *Qui enim ait, detrahit fratri, detrahit legi. Qui detrahit legi, iudicet legem.* Nullus autem id attentare debet: quia *Vnus est legislator*, supremus omnium, tamen si Scriptura etiam hominibus titulum officiumque; iudicis tribuat. Pro 8. *Per me Reges regnant, & Legum Conditorum iusta decernunt.*

AD II. Liberamur à lege Christo contraria, quæ impedit seruire Deo: at Ecclesiastica iuuat. Vnde Apostolus iubet obediri Magistratui: *Eph. 6. Col. 3. Rom. 13. Heb. 13.*

AD III. Atqui mandauit obediri Prælati: *Luc. 10. Qui vos audit, me audit.*

AD IV. Quatenus contrarii sunt Deo, nolite. Cæteroque seruite etiam hominibus propter Deum. *Col. 3. Serui obedite dominis tanquam Christo.* De reliquis supra q. 19.

QVÆSTIO XXIX.

*An Baptismus liberet à Votis?*

LUTHERVS in *Capt. Babyl. c. de Capt. & l. de Votis monast.* Kemnitius, turbatque cætera aiunt.

Item CALVINVS in *Antid. Sess. 7. Can. 9.* cum asseclis affirmat liberare à Votis & talis ante, & post futuris, stante vnico trapezomali. 1. *Quia, Deus in Veteri Testamento de singulis disposuit Votis; in Novo nihil.* 2. *Si voueamus res præceptas; frustra id. Cum Baptismi votum omnia præcepta complectatur: Si non præceptas; Baptismo solvitur.* 3. *In Baptismo plus vouemus, quam soluendo sumus: ergo displicet Deo stulta promissio.*

AVTOR. Ita Concilium Tridentinum

num Sess. 7. Can. 9. *Per Baptismum non sunt irrita omnia vota.* Vide suprà p. 2. I. Quia, vota sunt de iure naturæ. Patet *Genes. 28.* in voto Iacob. 2. Etiam Apostoli præceperunt de Votis observandis. *1. Tim. 5. &c.* 3. *Psal. 75. 3. Vouete, & reddite.* *Eccl. 5. Si quid vouisti Deo, non moreris reddere,* Et hæc sunt moralia, non ceremonialia. Plura in responsionibus.

DICO AD I. Prius verum; falsum posterius. Liqueat hæc, & suprà.

AD II. Res præceptæ, accedente voto, ligant arctius; faciuntque duarum adus virtutum. Non præceptæ, sed licitæ, per votum necessariæ, facilius faciunt abstinere ab illicitis, Deoque adstringunt arctius. Quin, violatio voti repugnat Baptismo: Nam in hoc profite-mur, nos Legem Dei observaturos: at solvere vota præcipit Lex Dei. De quo alubi.

AD III. Blasphemum est assumptum. Nam *Matth. II. Iugum meum suave est, & onus meum leue.* *Rom. 8. Christus mortuus est, iustificatio legis impleretur in nobis.*

Neque idcirco Baptismus est insufficiens ad salutem; sed Vota plus adiuuât. Demum & Iudæi in Circumcisione pollicebantur obseruationem legis, & tamen vouere poterant ad melius maiusque Dei obsequium; quanto magis in altiore inuadere perfectionem fas, parque Christianis?

#### QVÆSTIO XXX.

*An Memoria Baptismi dimittat peccata post acceptum eum facta?*

LUTHERVS in *Cap. Babyl. cap. de Bapt.* Kemnitius in *Exam. Caluinus in Ansd. Sess. 7. Can. 10. & Instit. l. 4. c. 15. §. 3. 4.* Cæterique vniuersi affirmant simpliciter; & propugnant pertinaciter, Sic, quod Baptismus iustificet representando promissionem, excitandoque fidem: Idem verò præstat memoria, representando & excitando. Vnde Pœnitentia nihil est, nisi memoria Baptismi, tollens pœnas cum culpis. Quocirca malè Tertullianus libr. de Pœnitent. & Hieronymus in *Isa. 3.* ait: *Pœnitentia est secunda post naufragium tabula:* quodd Baptismus nunquã frangatur. Vnde plura nobis affingunt & impingunt mendacia: de quibus in *Antipap. mend. p. 3. q. 4.*

SVADENT istis. 1. Lutherus: Quia *Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* At hoc semper verum permanet. Ita Iudæi pœnitentes reprobant memoria exitum de Aegypto. 2. Kemnitius. Quia, in Scripturis fit mentio de Effectu Baptismi iam in præterito, nunc futuro, alias præfenti: Vt *Tit. 3. Sa'uos nos fecit per lauacrum.* *Mar. vlt. Saluus erit.* *1. Pet. 3. Saluos nos facit.* *Eph. 5. Mundans eam lauacro.* 3. Kemnitius. Quia, fœdus Dei cum homine perpetuum est, *Isa. 54. In misericordia sempiterna miseratus sum tui.* *Rom. 3. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit?* *2. Tim. 2. Si non credimus, illi fœdus permanet, vigare seipsum non potest.* *1. rem. 3. Fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me.* Ergo fœdus Baptismi non frangitur vnquam. Hinc *Gal. 3. & 1. Cor. 11.* lapsos reuocat ad promissionem gratiæ baptismalis. Demum *Tit. 3. Ut iustificati gratia Christi hæredes simus vite æternæ;* at hæc est generalis ratio iustificationis pro omni tempore.

4. Caluinus. Quia, in Baptismo communicatur Christi puritas: at hæc semper viget. Vnde Patres reprehendunt eos, qui Baptismum differunt ad vitæ finem.

5. Caluinus. Potestas Clauium nequit separari à Baptismo: neutra enim exercetur sine prædicatione Christi passî; cuius signum est Baptismus.

AUTOR. Ita Conciliū Tridentin. Sess. 7. Can. 10. *Non potest fieri, vt sola memoriã & fide suscepti Baptismi peccata remittantur, quæ post Baptismum fiunt; sed necessarium est. Pœnitentiæ Sacramentum.*

Ll 3. 1. Quia,

1. Quia, Heb. 9. *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, iterum renouari ad penitentiam.* Vbi non dicimus cum Nouatianis, non dari reditum ad gratiam; sed nō ad Baptismum dari docem<sup>9</sup> cum Ambrosio, Chrysostomo &c. Id quod Kemnitius concedit in *Examin.* pag. 240. Patetque è vocibus *Illuminati, reuocati, Crucifigentes filium Dei;* quæ propria sunt Baptismi. Neque solum iterari posse negat Baptismum Apostolus; sed etiam baptismalem penitentiam: ideo ait *renouari ad penitentiam;* non ait, ad Baptismum. Deinde; eius propositum est baptizatos deterrere à peccato; quòd non pari facilitate penitere possint, quàm baptizari. At par, ac leuior facilitas est Lutheranis.

2. Quia S. Patres relapsis graues impotuerunt penitentias: quos ideo Calu. *Inst. l. 3. c. 4. §. 38.* aut lapsos ait, aut austerè nimis locutos.

3. Ratio. Quia, baptizati sciunt voluntatem Domini, & contra faciunt; nondum baptizati nescientes eam, peccauerunt; istud autem est grauius: ideo & reconciliatio difficilior.

DICO AD I. Est ea quidem perpetua; sed conditionata. Alioquin omnes apostatæ saluarentur. Nec memoria exitus ex Ægypto debebat peccata; sed arguebat peccantium ingratitude. Nec repetita animo Circumcisio delere valebat actualia; similior Baptismo,

AD II. De præteritis concedimus: istud, *saluum erit &c.* conditionatum est; scilicet, si ita permanserit in gratia. Et, Rom. 6. *Baptismi fructum habetis in remissionem; Finem verò vitam aternam: iste Baptismi, hic perseverantiæ est.* 1. Pet. 3.

comparantur tempora Baptismi & diluuii. *Ephes. 5.* semper mundat, non eodem, sed alios atque alios. Et futura peccata eatenus purgat, quòd nō nisi baptizatis profit penitentia. Et, *Rom. 6.* docetur quòd caueri, non quòd remitti, debeant peccata.

AD III. Improbè Scripturis abutitur Kemnitius. Nam, *Isa. 54.* est absoluta promissio de fouenda semper Ecclesia, vt sponsa. *Roman. 3.* absoluta de mittendo Missia 2. *Tim. 2.* Est conditionata: *Si sustinemus; & continemus; si negauerimus; & ille negabit nos.* *Ierem. 3.* De receptione ad gratiam, non ad Baptismum agitur. *Gal. 3.* docet, non iustificari per Circumcisionem, 1. *Corinth. 12.* Nec gry de lapsis. Ad vltimum negatur consequentia. Nam latius patet iustificari per Christum; quàm iustificari in Baptismo per Christum.

AD IV. Non iustificamur iustitiâ Christi nobis imputatâ; vt præsupponit Calvinus; sed propriâ in hærente nobis, quæ peccato extinguitur. Et Patres culpabant dilationem Baptismi ob periculum & ob priuationem bonorū Baptismi. &c. Sique futura deleri peccata credidissent per Baptismi memoriam; non erat causa differendi eum.

AD V. At Eucharistia item est signum effusi Domini sanguinis: ergo per hoc solum fieret reconciliatio. Et fallum est, coniuncta esse Clauis & Baptisma. &c.



## QVÆSTIO XXXI.

An Baptismus Ioannis sit idem, quod Christi Sacramentum?

**L**VTHERVS lib. de Baptismo Legis, Ioannis, Christi, via affert discrimina Ioannis, non fuisse Sacramentum: Non remississe peccata; Fuisse rebaptizandos in Christo.

**L**VTHERANI OMNES & CALVINIANI, & Zwingliani; quod ea sententia parum cum cætera de Sacramentis doctrina et hæeret; contrarium docuerunt. *Kemnisius* solam rebaptizationem in Christo relinquit in medio. *Petilianus Donatista* idem olim est commentus.

**AVTOR.** Christi & Ioannis Baptisma non fuerunt idem Sacramentum. 1. Quia, suum Ioannes ipse Baptisma instituerat: vnde & nomen tulit ab autore, non vt à ministro. Nec enim hominis est, Sacramentum nouæ legis instituire. 2. Quia, non baptizauit in nomine S. Trinitatis: quod fingunt Centuriatores 1. l. 2. c. 6: Erisi, *Act. 19.* in eum, qui venturus esset post eum, vt crederent.

Probabile, nullâ usum formâ: sed cæteros baptizasse, vt Christum: at Christum in nomine Venturi ab eo baptizatum fuisse ridiculum videtur. 3. Quia, *Melanchthon* in Locis anni 1558. *Kern.* in definitione Sacramenti; volunt Baptismum & Cœnam à Christo instituta esse, & solū potuisse. 4. Quia, Baptismus Christi nō debet iterari; debuit autē Ioannis: Quia, ait *Aug. 15.* de Bapt. c. 9. *Baptisma Ioannis non facit Baptismū Christi.* 5. *Petilianū* Donatistam *S. August.* lib. 2. contra *lucras Petilian.* c. 32. 34. 37 iam olim refutauit; at damnauit hæresios, idem dicentem; Vnum eiusdemque efficaciam esse Sacramentum Baptismum Ioannis & Christi. Vide *Genal.* p. 3. q. 9.

## QVÆSTIO XXXII.

An Baptismus Christi & Ioannis eiusdem fuerint efficacia Sacramentalis?

**L**VTHERANI, excepto *Luthero*, itemq; **CALVINIANI** post *Caluinum* in *Antid.* & *Inst.* l. 4. c. 15. §. 7. 8. affirmant omnes.

**SVADENT** istis. 1. Quia erat, *Mat. 1. Prædicans Baptismum penitentia in remissionem peccatorum.* 2. Quia, in hoc, *Mat. 1. Ego baptizavi vos aquâ; ille vos baptizabit in Spiritu S.* distinguitur ministerium externum Baptista ab interno Christi. Deinde; Baptismus Christi erat hic illa Pentecostalis missio *Sp. Sancti.* iuxta *Act. 1. 11.* 3. Patres *Caluino* temendi sunt.

**AVTOR.** Ita *Concil. Trid. Sess. 7. Can. 1. Si quis dixerit, Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, anathema sit.* 1. *Mat. 1. Ego baptizavi vos. &c.* 2. Sic *S. Patres* quâ *Græci*, quâ *Latini* apud *Bell. l. 1. de Bapt. c. 21.* 3. *Ioannis* officium erat, esse præcursores *Dominici*, parareq; viâ ei; quod non est dare salutem, sed disponere & dare scientiam salutis. Baptismus autem Christi iustificat verè.

**DICO AD I.** Baptism<sup>o</sup> Ioannis vim habuit ex opere operantis ad remittenda peccata; at nō ex opere operato, vt Christi: de qua quæstio est. Istud vero maximū est discrimen. Ita *Patres.*

**AD II.** Non Ministerii; sed Temporis sit distinctio. quo distincti sunt dati Baptismi. *Matth. 3. Luc. 3. Ego baptizo. &c. ille baptizabit.* Baptismus vero Christi à Sanctis Patribus intelligitur isthic ille: in aqua, non solum in igne. In primitiua autem Ecclesia; post Baptismum aquæ mittebatur & in igne visibilis. Fuerunt enim tria Baptismata: Aquæ

Aquæ solius, vt Ioannis; In igne solo & Spiritu S. vt pentecostalis: In aqua & Spiritu S. vt communis, *Ioann. 3.*

AD III. Contemnere S. Patres, non est respõdere. Kemnitius in Exam. par. 2. pag. 190. ait cautiùs: *Relinquatur hæc quæstio in medio; vt que in utramque partem rationes habeat.* Sed de hoc ita quæritur:

### QVÆSTIO XXXIII.

*An post Baptismum Ioannis debuerit percipi Baptismus Christi?*

LUTHERANVS Kemnitius dubitat CALVINVS, cæterique omnes negant. Et istud, *Act. 19.* Pauli iussum de baptizandis in nomine Christi baptizatis Baptismo Ioannis, variè exponunt.

1. Zvynglius *lib. de vera & falsa religione*, vult toto eo capite vocem, *Baptismus*, accipi metaphorice pro *Doctrina Christi, aut Ioannis.* 2. Lucas Lossius in *Act. 19.* sic capi; sed Baptismum Ioannis, pro Doctrinâ; at Christi, pro donis S. Spiritus. 3. Henricus Bullingerus in *Act. 19.* Capi Baptismum Ioannis pro doctrinâ; Christi, propriè. 4. Kemnitius in *Exam. part. 2. pag. 198.* contra; Christi Baptismum capi pro doctrinâ; Ioannis, propriè, illosque XII. duntaxat semel baptizatos: esse. 5. CALVINVS *Instit. lib. 4. cap. 15. §. 18.* Christi Baptismum capi impropiè pro donis Spiritus Sancti, non pro doctrinâ Ioannis propriè.

6. Nicolaus Selneckerus *part. 2. Pedagogia*; Baptismum ibi semper accipi propriè; sed agisolum de Ioannis Baptismo: Et illa, *Hic auditis baptizati sunt in nomine Domini*; esse verba Pauli, non Lucæ, narrantis, quid agerent discipuli Ioannis, audientes prædicationem eius de venturo Christo; scilicet, baptizabantur à Ioanne in nomine Christi. 7. Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2. c. 6.* Bucerus in *Matth. 3.* Vocem Baptismi capi propriè toto capite; bisque eos XII. baptizatos, quod ad alterato Ioannis Baptismo essent tincti sine Sp. Sancti nomine. Fauet multum S. Ambr. in *Gal. 3. & lib. 1. de Sp. S. c. 3.* scilicet, defectum formæ fuisse. 8. Oteo Arunselcius ad *Act. 19.* Formam fuisse corruptam, sed non in conceptis verbis, verum quod nescissent ii XII. doctrinam & Baptismum Christi. 9. Musculus in *Locutis. de Bap.* Illos XII. malè fuisse rebaptizatos, & antè quam Paulus eõ veniret. 10. Kemnitius *pag. 196 & 202.* Locum esse obscurum: ex obscuris autem nil probari posse.

AUTOR. Necessè fuit baptizatos Baptismo Ioannis rebaptizari Baptismo Christi. 1. Quia, *Matt. 3. Luc. 3. Mar. 1. Ego baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne.* Vbi fit collatio vtriusque, teste Comuni Patrum Ambr. Hieron. Chrylost. Hilarii, &c. 2. Liquet ex historia facti: nam exibant ad Ioannem omnis Ierosolyma, Iudæa, vicinæque Iordani regiones, vt baptizarentur; sicque plerique erant baptizati. Vnde inter tot die Pentecostes conuersos necesse erat multos rebaptizari. 3. Quia, *Act. 19.* facti XII. viri, se non nisi Baptismo Ioannis baptizatos, iussu Pauli sunt tincti Baptismo Christi realiter, verè, & formaliter. Ita consensus Patrum indubitatus; quicquid dubitent nouitii Nouatores.

DICO AD I. & II. Nefas in historicis fingere tropos, vbi propria liquent, ex communi consensu.

AD III. IV. V. Absurda tropologia est. Et S. Ambr. ait verè, propriè baptizatos; quod cum ait Kemnitius pagina 198. negare, & pagina 199. affirmare.

AD VI. Argutè, sed non piè. Sed si ista: *his auditis baptizati sunt*: verba sint Ioannis ad populum; ergo aut bis baptizatus est populus à Ioanne; aut Paulus malè narrauit factum.

AD VII. Nititur falso: scilicet Ioannem baptizasse in nomine Trinitatis, aut Christi venturi: fitque iniuria S. Ambrosio.

AD VIII. Ignorantia non annullat Baptismum acceptum: alioquin, ait Calvinus *Instit. lib. 4. cap. 15. §. 18.* non sufficerent flumina talibus rebaptizandis.

AD IX. Hæc est deprauatio textus: nam audito Paulo & iubente, baptizati sunt.

AD X. Hæreticorum dissensionibus nulla Scriptura censetur obscura; in qua liquet constans S. Patrum Consensus.

QVÆSTIO XXXIV.

*Æque in his Obiectionum Luthero-Caluinisticarum constat, Solutio?*

CALVINUS, ubi supra. In utroque; Bapt. eadem fuit doctrina, ritus, oblatio gratiæ; ergo idem uterque fuit. Nam Ioannes predicauit Christum esse hostiam pro peccatis: *Eccæ Agnus. &c.* Ritus; baptizauit aquâ, & in nomine Christi: Gratia; quia in pœnitentiâ & remissionem peccatorum.

II. KEMNITIVS pag. 183 Eph. 4. docetur in Nouo Testamento vnam esse Corpus, Spiritum, vnam spem, fidem, vnum Dominum, Patrem. At hæc omnia inerant predicationi Ioannis: ergo & idem Baptisma fuit utriusque.

III. *Eiusdem.* Quia, suauissima consolatio Christiano: um, ex eodem Baptismo communi perit, si non est idem Christi & Ioannis. Christus autem est Ioannis Baptismo baptizatus; nos Christi.

IV. Dum baptizauit Christum Ioannes; aquæ omnes sunt sanctæ factæ tactu Christi & præsentia Spiritus Sancti, & voce Patris; at eadem & in nostro Christi adfuit Baptismo ergo idem est uterque.

V. *Eiusdem pag. 119.* Efficiuntur, 1. Cor. 2. Baptismo vnum Christi Corpus; ergo idem Baptisma Christi accipimus.

VI. Vnum Christi Corpus sumus etiam cum baptizati à præcæte Baptista, cumque ipso Ioanne, à quo & Apostoli sunt baptizati, & Apollo, *Act. 18.* & à suis discipulis ipse Ioannes.

DICO AD I. Hic Achilles est omnium. At Doctrina nil facit ad essentiam Sacramenti: alioquin hæretici haberent falsum Baptismum; quod Calvini & Lutherani negant. Ritus idem facit in materia sed non in forma. Quo ad gratiam, falsum est. Nam *Baptisma pœ-*

*nitentiæ* erat Ioannis; at Baptismus Christi non dicitur *pœnitentiæ*, sed *lauacrum regenerationis*: huc pœnitentiæ est dispositio, *Act. 2. Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum*, idque in remissionem peccatorum, vt immediatum effectum ex opere operato: at in Baptismo Ioannis erat ea aliqua, nõ par, sed ex opere operantis, & vi pœnitentiæ, non Baptismi. Ita *Basil. Nys.* At *Tertull. l. de Bapt. Aug. lib. 5. contra Donatistas c. 10. Greg. hom. 20. in Euang. Bedæ in Luc. 3. hoc, in remissionem peccatorum* referunt ad Baptismum Christi.

AD II. Ergo tempore Moyis & Dauidis fuisset Christi Baptismus: quia & tunc illa fuerunt Vnum. Item hæreticorum Baptisma non esset verum, quia nõ est vna doctrina &c.

AD III. Cùm Baptismus Christi sit lauacrum regenerationis, in adoptionem filiorum Dei necessarius; cum Christo tribuere, est ei iniuriam irrogare quasi filius Dei indignisset adoptione.

AD IV. Antè, quàm Christus baptizaretur, idem erat Baptismus Ioannis, qui postea non tamen is, quem Dominus accepit, erat idem cum nostro. Nam nostrum non accepit Christus; sed instituit; illum Ioannis accepit, sed non instituit.

AD V. Efficiuntur vnum cum Christo Corpus, per Baptismum, quia indigemus: Christus non indiguit fieri Caput; quod factus est vnione hypostatica, non baptismo.

AD VI. Ecclesia semper vnum fuit Corpus mysticum; sed non eodem semper medio, aliàs Circumcisionis, vt tempore baptisæ: nunc baptismi. Apostoli verò sunt baptizati baptismo Christi,

Mm aiunt

aiunt Tertull. *l. de Bapt. Aug. ep. 108. &c.* Quia, Ioann. 3. *Nisi quis renatus. &c.* Et si, quod sint baptizati, nusquam sit scriptum; sicut neque de Galatis, Ephesiis, Philippenibus, Philem. Timo. Tito, & aliis, tamen baptizatis. De Baptista per Christum baptizato nec scriptum est, nec contrarium est scriptum. Et, mortuus est antè, quàm Christi Baptismus institueretur.

### QVÆSTIO XXXV.

*An sœta baptismales Ceremonia sint tolerandæ?*

**L**UTHERANI Magdeb. *Cent. 1. l. 2. c. 6.* auctore Illyrico respuunt eò, quòd in Scriptura nullo sint præcepto, vel exemplo commendatæ. CALVINVS *Inst. l. 4. c. 15 §. 19.* acerbè omnes auersatur. Imitari suum Ioannem Wickesum, Sacris Ritibus infestissimum.

**A**UTOR. I. Ipse Calvinus præscribit ritus extra Scripturam, in libello *de formula Sacramentorum ministrandorum.* 1. Dominica die, aut alia concionatoria adferantur baptizandi. 2. Patrini interrogati spondeant se curaturos institui Christianè pueros. 3. Nomē imponatur. 4. Forma Sacramenti proferatur lingua patria. 5. Recitetur Credo, Pater, aliq; preces. Lutherani addunt; 6. Abrenunciationem Satanae & pomparum eius. Ita *Agenda Saxonica*, Illyricus, Kemnitius. 7. Luther. *in suo Catechismo* vult pingi Crucem in fronte & pectore infantis. **A**T, talium nihil vsquam in Scriptura præcipitur: vt ipsi Magdeb. notarunt.

**II.** RITVS autem Catholici sunt antiquissimi, planeque Apostolici. Vt 1. de Abrenunciatione Satanae Clemens *l.*

7. *Const. c. 41. 42.* Dionys. Arcop. *de Eccl. hierarch. c. de Bapt.* Tertull. *l. de Spect. Cyr. Cyr. Basil. &c.* 2. Deinde de professione fidei, iidem, *Orig. hom. 5. in Num. Hilar. Hier. &c.* 3. De signo Crucis Dionys. *Basilus, Augustinus.*

4. De Exorcismo, quem Calu. *Inst. l. 4. c. 10. §. 24.* detestatur, confessæ contestatæque habet Ecclesia: scilicet. Potestatem coercendi demones exorcismis, teste Iustino in dialogo: Tertull. *l. de Corona militis. Laëtant. l. 2. c. 16.* Cyr. Item officium ordinarium exorcisandi, teste Concilio Antiocheno. *Can. 10.* Carthag. IV. Laod. & Patribus. Item certos exorcismos & preces præscriptas: *Conc. Carth. IV. Can. 7. &c.* Item Baptismales ritus solènes, teste Dionys. Naz. Cyr. Ambrosio. Exultationibus iungi solitas; *August. Ambr.*

5. De Gustu salis: *Orig. hom. 6. in Ezech. Conc. III. Carthag. Aug. 1. Confess. c. 11. Signabar signo Crucis eius, & condubar eu sale.* 6. De Salina ad aures & nares: vult Calvinus; At contra *Ambr. l. 1. de Sacrament. c. 1. & Dominus Mar. 7.* 7. De impositione manuum, *Dionys. Clem. l. 7. Constit. c. 39. &c.* 8. De Vnctione olei in pectore & icipulis: *Clemens l. 3. recognitio. Chrys. hom. 6. in Col. 2. &c.* Hi Ritus sunt præcedentes Baptismum.

Comitantes baptismum sunt, 1. Nominiis impositio; sicut in Circumcisione. *Luc. 1. 2. &c.* 2. Patrinoꝝ sponsoꝝ de instructione: *Dionys. Tertull. &c.* 3. Consecratio aquæ; lidem Patres. 4. Merito trina. ob tres personas; non vt Ariani, ob tres naturas.

Sequentes Bapt. sunt: 1. Osculum pacis, vt fratri. *Cyp. &c.* 2. Vnctio Chrysmatis in vertice. *Hier. Damasus. &c.* 3. Cereus

reus ardens infanti datus, vt signum fidei. Nazianz. Aug. in Ps. 56. 4. Vestis candida: Dionys. Ambr. August. 5. Delibatio lactis, mellis, aut vini.

## V. DE CONFIRMATIONE.

### QVÆSTIO XXXVI.

*An sit aliquod Sacramentum Confirmationis?*

**L**VTHERVSI. de Capt. Babil. c. de Confirm. Negat esse verum Sacramentum; pro Cereemonia tamen recipi posse, qualis est aquæ &c. benedictio. ZWINGLIUS l. de vera & fal. rel. vult ritum fuisse examinandi pueros. Sic & Melanchthon. in Locis. Kemnitius p. 2. Exam. pag. 320. eum Ritum præscribit à sex partibus. 1. Paruulos, sub annos discretionis in Catechesi informandos, tum Episcopo esse offerendos, qui coram Ecclesia eos moneat, quid in Baptismo acceperint, & promiserint. 2. Recitent publicè suam Catechesin. 3. De præcipuis articulis interrogati respondeant. 4. Moneantur, vt in hac professione ostendat se dissentire ab aliis sectis. 5. Moneantur, vt in pacto Baptismi ac fidei persistent, & proficendo confirmentur. 6. Fiant publicæ preces pro talibus.

CALVINVS Inst. l. 4. c. 19. §. 4. Brentius in Confess. V. Virtenberg. eadem.

Lipsienses tamen & V. Virtenbergenfes in conuentu Lipsiensi, anno 1548. receperunt VII. Sacramenta, & nominatim Confirmationem. At omnes ab ea sententia protinus desierunt, reiectâ Confirmatione. Nimirum cum Nouatianis, Donatistis, V. Waldensibus, V. Vicleffo, &c. sæpius damnatis. Vide Geneal. p. 3. quæst. 10.

CALVINVS Inst. l. 4. c. 19. §. 5. Kemnitius

p. 2. Exam. pag. 276. postulant ostendi è Scripturis tria: Promissionem gratiæ, Signum sensibile & Mandatum: *Tunc sciemus Medis illis, utpote diuinitus institutis, reuerèter esse vsendū.*

**A**VTOR. Confirmatio verum est Sacramentum; 1. Teste S. Scriptura demonstrante requisita tria ista in meo *Antichristo* p. 3. q. 16. Nam Promissio gratiæ est Ioann. 14. 15. 16. Luc. vlt. Signum, est Impositio manuum, ceu Medium, Act. 8. & 19. Mandatum, testatur tam secura & ordinaria Apostolorum praxis.

CALVINVS eam Impositionem manuum sic interpretatur. 1. Fuisse oblationem baptizatorum Deo factam. 2. Calvin. & Brentius: fuisse collationem gratiarum gratis datarum; vt dona linguarum, miraculorum, &c. 3. Calvinus & Kemnitius: Fuisse priuilegiū singulare, vt sic darent Spiritum Sanctum soli Apostoli. 4. Kemnitius, Loc. Act. 8. & 19. nil facere pro nobis; vt qui, reiecta manuum impositione, assumserimus V. unctionem.

**D**ICO AD I. Solum dicit; non docet; non aliud mysterium subesse cogito; sed huiusmodi ceremoniam adhibitam interpretor, vt ipso gestu significarent, se Deo offerre eum, cui manus imponebatur. 2. Scriptura autem dicit, & docet, ad eam, imò per eam Impositionem continuè datum Spiritum sanctum: Sicut, Tit. 3. *per lustrum regenerationis saluos nos fecit*: hoc autem non erat simplex oblatio, sed Mysterium conferens gratiā. 3. Offerre Deo baptizatum est cuiusuis baptizantis: at Imponere manus non est cuiusuis: Vnde Philippus, Act. 8. baptizat, & manus imponere nequit; itaque Petrus & Ioannes aduentabant Act. 19. Paulo iubente baptizantur XII. viri; at ipse baptizatis manus imponebat. 4. Baptizatio est ipsa oblatio Christiani Deo consecrati.

Mm 2 AD

AD II. Dona gratis data non dicuntur simpliciter Sp. Sanctus, qui habitat in accipiente ea: Nam Sap. 1. *Spiritus Sanctus effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis*: at gratis data dona, Mat 7. etiam improbis inesse queunt. 2. Impositio manuum conferebat, quod Dominus promiserat, Ioann. 14. 15. 16. scilicet Spiritum Sanctum; non gratias gratis dandas, sed gratiam roborantem in fide. 3. Gratia promissa est communis omnibus; at dona gratuita sunt paucorum. 1. Cor. 12. *Nunquid omnes proph. &c.* 4. Dona gratuita non pertinent ad salutem aut fundamenta fidei; at Hebr. 6. Impositio manuum connumeratur cum baptismo, fide, poenitentia &c. 5. Philippus multa miracula operabatur; attamen Petro & Ioanni opus erat descendere Ierosolymam in Samariam ad imponendum manus baptizatis. Quare hoc est Officii, non Doni gratuiti. 6. Umbra Petri, & Pauli dabat sanitates; at non Sp. Sanctum, ut instrumentum.

AD III. 1. *Mandatum* illud erat ad morbos pellendos, Marc. ult. *Super aegros manus imponent, & bene habebunt*: non ad Sp. Sanctum conferendum. Et, quia istud omnibus dicitur, *Signa eos, qui crediderint, haec sequentur*; non potest esse privilegium solis datum Apostolis. Nam & Ananias, Act 9. manus imponebat Paulo, sed sanatrices. 2. Promissio dandi Spiritus Sancti, ad manuum Impositionem Curatiam, nusquam est facta: alioquin sequeretur ordinarius Sp. Sanctus: at ne vel semel cum sanatione datus legitur; licet Christus quos sanavit corpore, sanavit & animam: Quin & illa olim ordinaria sanativa impositio manuum

esse desit ordinaria: Sicut illa ordinatio punitio peccantium visibilis, ut in Anania, Elyma, incaestuoso.

AD IV. Mentitur reiectam: bis enim geminatum usurpat Episcopus.

### QVÆSTIO XXXVII.

*An S. Patres docuerint Confirmationem esse Sacramentum?*

LUTHERANVS Kemnitius Part. 2. Exam. pag. 297.

DICIT, 1. Multos citari autores pro Confirmatione apocryphos, & supposititios. 2. Autores probatos loqui de eo ut de Sacramento laege & improprie dicto, ut de ceremonia baptismali.

3. CALVINVS Inst. 1.4. c. 19. §. 4. negat eam Patres vel agnouisse. 1. *Veteres, dum proprie loqui volunt, nusquam plura duobus Sacramentis recensent. Si ab hominibus petenda esset nostra fidei praesidium, habemus arcem inexpugnabilem.* 2. *Nunquam veteribus agitata fuisse pro Sacramentis, qua isti Sacramenta ementuntur. De manuum Impositione loquuntur Veteres, sed an Sacramentum vocant?* 3. *Augustinus aperte asserit, in lib. 3. de Bapt. c. 16. nihil aliud esse, quam Orationem.* 4. *Ibid. Neq; hic mihi putidus susus distinctionibus obgannant; Non ad Confirmationem illud Augustinum retulisse, sed ad Curatoriam, vel ad Reconciliatoriam, &c.* 5. *Simpliciter reiecit Patres, ut hallucinatos: cum Sacramenta de celo esse debeant; non ab hominibus.*

AVTOR. Esse Sacramentum Confirmationem constanter asserunt S. Pontifices; Concilia Generalia & prouincialia: Patres Graeci ac Latini communiter, concorditer, apud Bellarmin. *libr. 2. de Confirm. c. 3. 4. 5.*

DICO AD I. Facita esse; at de aliquibus; an ergo de omnibus? Minime gentium.

AD II. Falsum dicit falsificator Patrum.

trum. Nam Apostolorum actio, *Act. 8.* non fuit humana ceremonia adiuncta baptismo. Patet suprà: Et Augustinus vocat Chrisma *Sacrosanctum Sacramentum*. Quæ alia mentiatur Kemniti-  
us, vide in meo *Antipap. Mendace part. 3. quest. 5.*

AD III. Mentitur. Patet in meo *Antichristo par. 3 q. 7.* Et Augustinus ibi scribit de Confirmatione Reconciliatoria poenitentium, non de Confirmatoria. Et hanc, vocat orationem; sed non negat esse Sacramentum. Nam Impositio manuum semper fit cum oratione. Et rata semel, repeti nequit: at Reconciliatoria potest: de qua reconciliatione hæreticorum loquitur Augustinus. Nā resipiscentes hæretici solebant recipi cū vnctione Chrysmatis in Ecclesia Orientali; in qua Augustinus degebat; at sine hac, in Occidentali.

AD IV. Iam liquet.

AD V. At Confirmatio est de cœlo: tum quia à Christo instituta solo: tum quia S. Patrum testimonium est de cœlo, ut *Sanctum*.

### QVÆSTIO XXXVIII.

*Qua sit Materia Sacramenti Confirmationis?*

LUTHERANI, perindeque CALVINIANI totam S. Chrysmata despuunt & irrident. Kemniti-  
us pag. 324. per despectum vocat Pinguedinem torrefactis calcis inungēdis. Calvinista in Gallis ocreas eo pe. unxi-  
erant. II. Oleum S. vocat Kemniti-  
us pag. 287. Chrysmata excantatum. Cal-  
vinus *Instit. 1. 4. c. 19 §. 8.* oleum diaboli mendacis pollutum. Vtæque benedictionem olei vocat superstitiosam & magicam.

SVADENT illis. 1. Brentius in *Confess. Wutemb. c. de Bapt.* Quia, Chrysmata pertinet ad iudaicas ceremonias; à quibus reuocamur. Col. 2. *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi huius, quid adhuc his detinetur?* 2. Quia, Dionys. Areop. subindicat vsū Chrysmatis ab athleticis vnctionibus esse desumptum, & M. faicis: atqui Deut. 12. *Cave, ne imiteris gentes. & requiras ceremonias earum.* 3. Quia, acta Conciliorum docent à Syluestro Chrysmata instituta. 4. Kemniti-  
us. Quia, *Act. 2. & 10.* datur Sp. S. sine Chrysmate. Et *Act. 8. & 19.* solum fit mentio Impositionis manuum, non Chrysmatis. 5. Quia, Tertull. *1. de Bapt.* dicit, ritum Chrysmatis peti-  
tum esse ex Veteri Testamento: Institutum ab hominibus, ergo non à Christo.

AVTOR. I. Materia Confirmationis est Chrysmata. 1. Quia, 2. Cor. 1. *Qui Confirmat nos Deus, & vnxit nos, & signauit, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Id quod Ambr. Ansel. Theodoretus &c. de Chrysmate exponunt. Et rectè: nam *Confirmat*, roborando: *Vnxit*, En materiam *Signauit*: en Characterem. *Dedit pignus*. &c. en effectum. 2. Item, 1. Ioann. 2. *Et vos Vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis.* 3. Ita Consensus Patrum.

II. Oleum verò sit, non simplex, sed mixtum balsamo. 1. Ita S. Dionys. Areop. in *Ecccl. Hierarch. S. Clemens l. 7. Const. Fabianus Papa. Cypr. Greg. &c.* 2. Fauetque figura, *Exod. 30.* de vnguento tabernaculi & sacerdotum composito: quod Chrysmati conferunt Cyprian. & Petrus Damianus. 3. Ratio, *D. Th. 3 q. 27 a. 2.* Quia, materia Sacramenti significare effectum eiusdem debet; qui est Confirmatio, in fide requirete Cordis puritatem & feruorem; ac oris Confessionem: Ceu Oleum est liquor

Mm 3 pu.

purus & ardendo lucens: balsamus odore fragrans. Quam congruentiâ Kemnitius inimicè sublannat.

III. Chrisma prius esse consecratum debet. 1. Quia sic Traditio ex Clemente l. 7. *Const.* ubi ab Apostolis id mansisse ait. Ita & Fabianus Papa. &c. & Concilia, Nycænum, Laodicenum, Romanum. &c. antiquissima ac locis distitissima. Sic & Patrum Consensus constans.

IV. Dandum verò est Chrisma ab Episcopo in fronte baptizati. Ita Patres. Concilia &c.

DICO AD I. Pariter nec aquâ in Baptismo foret utendum, nec pane in Cœna: Quæ erant in Veteri Testamento inania elementa; at in Nouo sunt gratiâ plena.

AD II. Mentitur: quia Chrismatum doctrinam tribuit Apostolis: esseque similitudinem ait cum Iudaicis & athleticis vñtionibus.

AD III. At Syluester solum de Fronte vngenda præcepit.

AD IV. Datus ibi Spiritus Sanctus est ex priuilegio; non ex ministerio. At, *Actor. 8. 19.* Impositio manuum est inunctio; quia hæc fieri nequit absque illa. Quod autem sub initia Spiritus Sanctus visibiliter apparebat super confirmatis; id fieri ad solam manuum impositionem potuit, ex priuilegio: Certior tamen sententia Patrum est, factum ex Sacramento; quod semper vñ fuerint oleo. Vide *Bellarmin. libr. 2 de Confr. c. 9.*

AD V. Sermo est ibi de typo.

#### QVÆSTIO XXXIX.

*Qua Forma Confirmationis?*

LUTHERANI, itemque CALVINIANI certatim nostram imperunt.

SVADENT istis. 1. Kemnitius Lutheranus. *part. 2. Examin. pagina 288.* Quia, hæc forma; *Signo te signo Crucis;* nec est in veterioribus scriptoribus: nec eadem verbotim apud omnes.

2. CALVINVS Instit. libr. 4. c. 19. §. 1. *Consigno te signo Crucis. Pulcrè & venuste: sed ubi est Verbum Dei?*

3. Ibidem. *Quis eos in oleo salutem querere docuit? &c. Salutem, qua in Christo est, abiurant, Christum abnegant, partem in regno Dei non habent. Oleum ventris, & venter oleo: utrumque Dominus destruet.*

AVTOR. Forma est; *Consigno te signo Crucis: & Confirmo te Chrismate salutis: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Apud antiquos non verbis totidem, sed sensu ipso, hæc eadem habetur. Nam forma omnis consistit in sensu, non in numero syllabarum ac sono: alioquin græce &c. prolata forma eadem nil efficeret. Quod formam non plures veteres prodiderint scriptis, causa est; quod nec Baptismi formam expresserint communiter; ne ab infidelibus profanatio contingeret: Solum dicunt cum inuocatione S. Trinitatis baptizari. *Dionys. cap. vlt. Eccl. hier. negat fas esse literis mandare formam.*

DICO AD I. iam liquet.

AD II. Sicut totum Dei Verbum est Traditum primitus; & postea scriptum, non totum tamen: ita & Forma Confirmationis est de Tradito Verbo; ceu & Baptismi. &c. Quin ipse Calvinus *Ibidem §. 51.* fatetur Ordinationem Ministrorum esse Sacramentum; nec viquam tamen inueniet de eo, quod cum elemento faciat Sacramentum; ut ipse



ipse requirit de Confirmatione. Ad hanc in genere habemus formam, *Act. 8.* ubi dicuntur Apostoli orasse cum manus imponerent; allusitque ad *Preces Mysticas Paulus 2. Cor. 1.*

AD III. Mentitur se ex Verbo Dei id dicere: *Non à me, sed à Domino auctoritate pronuncio: &c.* Nec in oleo sine Christo salutem quaerimus. Sic tamen dicitur *oleum salutis*; sicut *4. Reg. 13. Sagitta salutis*; *Luc. 1. Scientia salutis.* *Actor. 15. Verbum salutis: &c.* Hocque magis, quod ex opere operato sit salutis: Non ex natura elementi, ut & panis, & aqua, sed ex usu Sacramenti.

### Q V A E S T I O X L.

*Quis Confirmationis sit Minister?*

LUTHERANI, ut *Kemnitius part. 2. Examina. pag. 3: 4.* & CALVINUS, cum suis, post *Vicleffum, Institut. lib. 4. cap. 19. §. 10.* Confirmationem tum esse negant Sacramentum; tum, et si foret, non ad solos id pertinere Episcopos petunt. Cum scilicet vix tenue discrimen agnoscant Episcopi ab Sacerdote.

SVADENT istis. 1. Calvinus ait, Quia error est Donatistarum, à Ministri dignitate pendere Sacramentum. 2. Quia, Presbyterii succedunt Apostolis. 3. Quia, *1. Tim. 4. Noli negligere gratiam, qua data est tibi per Impositionem manuum Presbyterii.* Sic & Ananias, *Actor. 9.* magus imposuit Paulo laicus. 4. Quia Gregorius Confirmare etiam Sacerdotibus concessit. 5. Kemnitius: Quia Hieronymus ait, quod solis id Episcopis tribuatur fieri ob honorem Sacerdotii: non ob legis necessitatem.

AVTOR. Solus Episcopus Minister est Ordinarius Confirmationis: At etiam

ex dispensatione Sacerdos Confirmare potest. 1. Sic Scriptura: *Act. 8.* Petrus & Ioannes mittuntur ut Confirment à Philippo baptizatos in Samaria. *Act. 19.* Paulus imponit manus baptizatis per alios. 2. Sic Traditio Ecclesiae constans, & vniuersalis praxis habet.

DICO AD I. Pendet à dignitate Ecclesiastica; non à Morali; ut Donatistae volebant.

AD II. In aliquibus, non in omnibus: Nam in Coena sunt creati Sacerdotes, per *Hoc facite*: at post resurrectionem, Episcopi, per hoc: *Ioann. 20. Ecce Ego mitto vos.*

AD III. Ibi agitur de Ordinatione, non de Confirmatione. Et hoc, *Presbyterii*, exponit Chrysostomus *Chorum Episcoporum*: Nam plures Ordinant; at vnus Confirmat. Ananiam impositione manuum fuit Curatoria caeci, non Confirmatoria; uti ante Baptismum facta.

AD IV. Licet; Extraordinaria potestate; idque potest Sacerdos ex potestate Ordinis, ut & Episcopus; non iurisdictionis. Nam Character est signum pacti, in sacerdote, Conditionati; in Episcopo, Absoluti; Vnde is est Episcopus inchoatus; hic, perfectus. Nec n. Character est physicum quid; sed spirituale signum à Deo inditum. Hinc & Scriptura nouit differentiam Presbyterii, & Episcopi: *1. Tim. 6. Aduersus Presbyterum, simplicem, accusationem noli accipere, tu Episcopus, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

AD V. Imò contrarium etiam probat S. Hieronymus ex *Act. 8.* Neque tamen negat, fieri nunquam posse extraordinarie; Nam ita lex seu necessitas de natura rei permittit; at vetat de ordinaria Domini voluntate. Quae

*Ceremonia Confirmationis qua, quatenus sint probæ?*

*Verane sit Præsentia Christi in Eucharistia?*

**L**UTHERANVS Kemnitius *par. 2. Exam. pag. 283.* CALVINVS *Inst. l. 4. c. 19 §. 10.* halitum Episcopi super ampullam Chriftatis vocant fœtidam inquinacionem. 2. lidẽ cum Heshusio illud accinium Chori ad sacrarum Chriftam, *Aue sanctum Chriftum*, vocant idololatriam. 3. Cætera Kemnitius *pag. 323.* tragicè exagitat; quòd hinc dediri mittamus examen puerorum, fidei professionem, & adhortationem.

**AUTOR.** Ceremoniæ Chriftales sunt Apostolicæ: teste *Isidoro, Alcuio, &c.*  
 I. Benedictio olei & balsami, *1. Tim. 4.* per Verbum Dei & orationem sanctificatur. 2. Signum Crucis consecrat omnia, teste *Chryl. hom. 55. in Matt.* Aug. *tract. 118. in Ioann.* 3. Anhelatio super ampullam habet exemplũ Chrifti, *Ioan. 20.* Apostolos insufflantis. Nec magica esse potest vt quæ significet Sp. Sanctum, & à Deo petat benedictionem. 4. Salutatio est rei sacræ honoratio; vt mulieribus Dominus. *Matth. vlt. dixit: Auctè, &c.* neque eos ipsas adorauit. S. Andreas paratum sibi crucis patibulum salutauit. &c. 5. In Confirmatione est Patrinus, Preces Episcopi; Pax, & Ictus manu plasnà, Obligatio frontis inunctæ; Per hebdomadam non lauetur caput: tempus Paschale aut Pentecostes, Ieiuniũ Confirmantis. Hæc per antiquos habent testes Scriptores, mysticasque significaciones.

#### IV. DE EVCHARISTIAE VERITATE.

**L**UTHERVS demum oppugnator fuit Sacramentiorum; at Pater eorum prius, dum semina lectionis. 1. *Nam epist. ad Eugenium* seruit, se valde hoc propensum, quod in Eucharistia fiat meta signonatumque id asserere at obiectis Scripturis nequise respondeat. 2. *In Captiuit. Babil. c. de Bap. 25.* Sacramenta esse nuda Signa. 3. *Ibidem* negat, S. Ioannis ad Eucharistiam pertinere. 4. *Ibidem*, *Hic panis est corpus meum*; scilicet aut Tropice aut Allegorice: Hinc Tropice nati. 5. *Lib. de Euch. at Will.* negat esse Adorandam; dubitat, an Diuinitas & Amicitia in Eucharistia.

Hicce inductus, anno 1525. *Carolus* Lutheranus primus aperte negat Præsentiam Chrifti in Cœna; teste *Cochleio* in actis Lutheri: Zwinglius eodem anno 1521. *lib. de vera & fal. rel.* suam retractat sententiam, de Præsentia Chrifti cum pane; asseritque illum de merito signo, absentiaque Rei signatæ. In hanc ait se multò antè agnouisse; ait, vt prædicem seruum tempore seruisse. *Oecolampadius* accessit Zwinglio; mox horum discipuli plures: vt *Ballingerus* Zwinglii successor Tiguris, Ber. *Ochinus*, Petr. *Martyr*, &c.

CALVINVS anno 1536. idem vulgavit editis Institutionibus ad Regem Galliarum *Franciscum*; in auctoribus anno 1539. in auctillimis anno 1559. Anno 1540. reprehendit sententiam Lutheri & Zwinglii; cum ab hoc solum verbis differret; Vnde anno 1549. edidit librum de Consensu suo cum Tiguriis. Mox hunc secuti sunt cæteri.

CALVINVS autem studio obscurauit sententiam suã, asserens ista:

I. *In Consensu cum Tig. & Beza. in Sacram. de re Sacram. q. 6.* Symbola tantum esse in terra: Corpus Chrifti solum in cæli deceminato loco, & alibi nusquam.

II. Absentem Chriftum tamen ita signum coniunctum esse, vt, in *Matth. 26.* *Abstantia Corporis Chrifti pascatur anima nostra.* Quod, *Inst. l. 4. c. 17. §. 5.* *Sicut non aspectus, sed est*

panis alimentum corporis sufficit: ita verè ac penitus participem Christi animam convenit. Sic & Beza. &c.

AVTOR. AT, pugnāt, corpus Christi solum in cœlo esse; & hīc in pane commedi?

III. Respondet ibidem §. 7. *Huius mysterio nec mens cogitando, nec lingua explicando par esse potest.* §. 10. *Ergo concipiat Fides, Spiritum verè unire, quæ locis distincta sunt.* Et, §. 32. *De Modo si quis me interroget, fateri nō pudebit, sublimius esse Arcanum, quàm comprehendens, vel enarrari queat.*

IV. Non ipsum Christum; sed vim Substantialem Carnis descendere per Spiritum Christi, uti Canalem. Ibid. §. 12. *Vinculum istius coniunctionis est Spiritus Christi, seu Canalis.* &c. *Si Sol radiis suam quasi Substantiam traicit ad generandos fetus: Cur non & Spiritus Christi esset irradiatio ad communionem carnis?*

AVTOR. AT, ista Virtualis est, non Substantialis influentia; contra quam in I, dixit idem.

V. Ne igitur nimium tribueret Sacramento, sc. Realem Qualitatē à Carne Christi dimanere, ait, *Unionem fieri per Fidei Manducationem.* §. 32. *Neo opus ut ad nos descendat: quasi, si ad senos euehat, non aquè potiamur eius presentia?*

AVTOR. AT, pugnat hoc isti IV, quod magno miraculo ad nos descendat Virtus. &c.

VI. Neque tamen idem esse dicit, §. 5. & 11. *Crederè, & Manducare; sed hoc effectum illius esse; & sic inesse nobis Christum obiectivè; sicut omne, de quo cogitamus actu.*

VII. Hinc sequitur, ait, §. 33, 34. *Improbos symbola solum, non Christi corpus percipere: lib. de Consensu: Solos Prædestinatos verè credere, & communicare.*

VIII. Ibid. §. 5. *Non facit Sacramentum, ut Christus panis vita esse primum incipiat: Sed*

*in Memoriam vocat panem vita esse factum, quo assidue vescamur. Pollicetur enim nobis; Quicquid fecit, aut passus est Christus, id ad nos vivificandos factum.* Itaque non dat fidem, non dat Corpus Christi, sed testatur solum & confirmat iam haberi.

AT, quid plus, minusve probis, quæ reprobis symbola testantur? Iam hinc tria colligimus. 1. Caluini sententiam non esse incomprehensibilem ingenio: cum solum reuocent in memoriam Christi passionem: quod & imago crucifixi præstat. 2. Encomia illa, verè participari Corpus Christi; esse iudificationes meras, nil de Christo relinquentes. 3. Quod porrigere Cœnam sit testificari, accipientes iam antea sumsisse Cœnam.

AVTOR. Conc. Trid. Sess. 13. c. 1. *S. Synodus aperitè & similiter profitetur: 1. Post 2. Panis & Vini Consecrationem, 3. Dominum nostrum Iesum Christum, 4. Verum Deum atq. hominem Verè, 5. Realiter, 6. ac Substantialiter, 7. sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Primum est cōtra Vbiquistas Lutheranos, qui volunt etiam Ante Consecrationem adesse Corpus Christi. Est & cōtra Caluinistas; qui fingunt, Cœnam esse Signum cōiunctionis cum Christo iam antea factæ per fidem. Secundum est contra Vbiquistas; qui volunt vi Omnipræsentia, non Consecrationis, adesse. Contra Caluinistas; quod ad sit vi Promissionis, nō Consecrationis. Tertium: quod ad sit totus: Corpus, sub specie panis: Sanguis, sub specie Vini: idque vi Sacramenti. At vi Concomitantia; sub Vtraque iunctim & disiunctim, Totus. Estque contra Lutherum: Quartum: Verè; non Figuratè: est contra Sacramentarios Tropistas, seu Symbolistas. Quintum: Realiter, est contra*

Na tra

tra Calvinistas & Zyving. qui Fide apprehendi aiunt realem Christum. *Sextum substantialiter*, ob Transubstantiationē, cum existendi modo Sacramentali, non Naturali: id est, ad modum Substantiæ, non Quantitatis: illa vero cætera consequuntur, non habentem ab circumstantia seu ordinem, seu locum &c. *Septimū* clarius explicat existēdi modum, non ut in loco, vase, aut velo: sed sicut substantia panis antea fuit sub suis accidentibus: nisi quod hæc in hæserint panis substantiæ, nunc autem non insint Substantiæ Christi. Idèd hæc tam diu perseuerat, quàm diu durasset substantia panis. Idè est contra imposturam Bezae, Lutheranos isto decipientis: Corpus Christi verum verè est in Cœna Domini: sed intelligentis Cœnam, quæ in Cœlo à Sanctis celebratur, non, quæ in terra.

Existis Regulas Enunciationum vide in *Bell. l. 1. c. 2.*

#### QVÆSTIO XLIII.

*An, & Ecquid doceatur Præsentia Realis ex FIGVRIS?*

**A**VTOR. Ita inquam. Figuræ sunt necessariò minus præstantes rebus figuratis: Vnde *Col. 2. Heb. 10.* dicuntur *Vmbra*. Atqui, Si Corpus Christi non inesset Eucharistiæ, iã huic figuræ essent aut **I.** *Æquales*, ut panis, *Gen. 14.* Melchitede: hi: Et panes Propositionis, *Ex. 40. 1. Reg. 12.* Et *Heliq. 3. Reg. 19. 2.* Aut *Præstantiores*: ut Agnus paschalis, *Exod. 12.* Sanguis Testamenti aspersus, *Exod. 24. Hebr. 9.* & Manna, *Exod. 16. Ioann. 6.* Quocirca rei figuratæ Eucharisticæ diuinius quid inesse debet, quàm figuris inerat.

PETRVS MARTYR *in defens. Euch. p. 3.* dicit duo. **1.** In Veteribus & Nouis Sacramentis symbola esse diuersa; at Rem eandem. Quia, *1. Cor. 10. Eandem escam Nobiscum manducauerunt. & potum biberunt: Petra autem est Christus.* **2.** Nouis Sacramentis tamen esse symbola præstantiora antiquis: quia sunt æternatura, simpliciora, clariora in verbis expressis; significant rem factam, non futuram; acrius fidem excitant, vberius fructificant. **3.** Et Apostolo eadem sunt, Edere panem, & de pane: bibere calicem, & de calice, *1. Cor. 11.*

**DICO AD I.** Apostolus ait, quod eandem escam inter te, non Nobiscum, manducauerunt. Nec ait, Escam, potū, aut Rem Sacramenti Hebræorum fuisse Christum.

**AD II.** Istæ prærogatiuæ sunt symbolis extrinsecæ, ideo paruam afferunt signis dignitatem, vt signa sunt. Nam propria signorum dignitas est in Significadō: Et sic Vetera melius significant. Etiam Res symbolicæ veteres sunt meliores; vt Agnus panis; Manna de Cœlo, quàm panis è furno. Quare nostra Sacramenta veteribus essent inferiora; nisi quid aliud haberent diuinius. Verba etiam Veterisque sunt paria, seu Institutionis, seu Promissionis. Consecrationis. tamè sunt in Nouis præstantiora. Atq; hoc explodunt hæretici.

**AD III.** Ista sunt vera. Non tamen ij dicuntur bibisse Petram, id est, Christum; sed *de Petra*: at nos edimus bibimusque Petram ipsam.

#### QVÆSTIO XLIV.

*An Præsentia realis probetur ex Promissione Christi, Ioann. 6?*

**L**VTHERVVS *lib. de Capt. Babyl. c. 1.* negat, Ioannis *c. 6.* agi de Eucharistia; esse que totum seponit, vt quod ad rem pertinet. Sic & Zyvingius, *Oecolampadius, Kemnicus.*

CALVINVS in Ioan. 6. *Excipiunt, illic non agi de Sacramentali esu: quod ego fateor.* Putat tamen agi de Spirituali manducatione; teste Petr. Martyre lib. contra Gardinerum.

SVADENT istis. 1. Sermo, Ioan. 6. anno iplo ante institutionē Cœnæ est habitus; non igitur de Cœnâ est. Alioquin & cum aqua esset agenda Cœnâ; cum ibi dicatur: *Qui biberit ex hac aqua, non sitiet.* 2. De manducatiōe, vitam dante, differit; at Spiritalis sola dat vitâ: ergo de hac sola differit. 3. De manducatiōe ibi agitur, sine qua nemo vivere potest: at sine Sacramentali potest vivi: ergo de hac ibi non agitur. 4. Augustinus docet infantes manducare Christū, quatenus fidei cōmunicant: ergo ibi de manducatione per fidē agitur. Vnde Aug. tract. 25. in 6. Ioan. *Crede, & manducaſti.* Tract. 26. *Crede in eum, est manducare panem vinū.* Hæc Luth. & Martyr. 5. Zwinglius: Ibi differitur de fide: quia inquit: *Operamini cibum qui non perit.* Atqui, *Hoc est opus Dei, ut Credatis in eum, qui misit me.*

6. Etiam Catholici quidam consensuunt: quod putent, vix posse defendi Communio-nem sub Vna, si Ioann. 6. *Nisi manducau. &c.* intelligatur de Sacramentali potius, quàm Spirituali esu.

AVTOR. I. Ab istis: *Panis, quem ego dabo. &c.* ad vsque finem ferè agitur de Christi præsentia in Eucharistia. 1. Sic antiqua Concilia; vt Ephesinum, Synodus VII & Tridentinum & Ecclesia in Festo Corporis Christi hoc in sensu vitur eodem capite. 2. Sic S. Patres Latini & Græci. 3. Quia sequerentur absurda: 1. Ioannem alioquin nil de Eucharistia scripsisse. 2. Christum nunquam exposuisse fructum Eucharistia vel Excellentiam. 3. Nullum extare de eo percipiendū præceptum diuinum. De circumstantiis literæ, vide *Anti. hristump. 3. q. 17.*

II. Realis Præsentia solidè hinc e-

uincitur. Quia hic Panis dicitur is, *Qui de cælo descendit: Qui est caro mea, qua pro mundi vita datur.*

Dici autem hinc Carnem Christi figuratè, Martyr ait; At falsum fictumque est. 1. Quia Christus vult suum Panem esse præstantiorem, quàm Manna. 2. Vult esse Panem verum de Cælo miraculosum: At in pane Christum repræsentare solum, in māducatione per fidē, nullum est miraculum. 3. Quia Christ⁹ aliquid promisit, quod Patres non habuerunt: at ij habuerunt Carnem Christi figuratè aut significatiuè: ergo hoc non promisit. 4. Quia manducatio per fidē, non est vera manducatio, nec distincta à bibitione: at hinc vera præcipitur: *Nisi manducaueritis &c.* verè, ò solū apprehēsiue.

DICO AD I. Sapiētissimi promissio longè præiit institutionem: sicut & Clauium promissio ipsam collationem. Clara autem promissio est: *Quem Dabo:* post hanc loquitur de Vsu, in præsentia. Istud, de aqua omnes exponunt de Sp. Scti gratia, Ioan. 7. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem erant accepturi:* At panem exponunt plerique de Sacramento.

AD II. Falsa minor. Etiam Sacramentalis dat vitam: Vt in Baptismo interna ablutio mundat non sola, sed externa, etsi cum fide coniuncta.

AD III. Istud: *Nisi manducaueritis, &c.* præceptum adultis est; non infantibus. Non enim instituta Euch. est ad vitam dandam, vt Baptismus; sed ad cōseruandam habentibus eam. At hæc cōseruatio est necessaria iis, in quibus minui vita potest, vt in adultis; non in infantibus. Nec enim hi manducant panem; Nec præcepti sunt capaces.

Nu 2 AD

AD IV. Infantes in Baptismo communicant Corpori Christi, non Spiritu-  
liter, ut impotes Credere: Nec Sacramen-  
taliter in re, ut incapaces: Sed Sacramen-  
taliter in voto; quatenus renati in Chri-  
sto, cibum renatorum appetunt quasi  
voto implicito; dum obligantur in Ba-  
ptismo vitam acceptam conseruare, pro-  
ut debent, & licet. Et sic sentit Augusti-  
nus, loquens de Sacramentali esu, faci-  
endo cum fide; sed non solâ tantum. Ita  
& ceteri Patres.

DICO AD V. Agitur ibi de pane  
triplice: I. De materiali, quem multi-  
carat. 2. De alio quærendo & operan-  
do, scil. seipso incarnato, qui de Cælo de-  
scendit: Hic fide apprehenditur: & non  
est ipsa fides, ut vult Zvvinglius. 3. De  
Eucharistico post illos, dum ait: *Quem ego  
dabo. &c.* Itaque prius est sermo de fide  
Incarnationis; dein de fide manducatio-  
nis realis, non figuratæ.

AD VI. Ob defensionis difficulta-  
tem non oportet deserere Veritatem.  
Estque facilis solutio, cum vis præcepti  
consistat in Re ipsa sumenda; non in Mo-  
do sumendi: Et mens Legislatoris erat  
obligare ad illam; non ad hunc. Res, est  
Christus: Modus, sunt species. Ratio  
mentis: Quia fructus Synaxios percipi-  
tur ex Re, non Modo.

#### QVÆSTIO XLV.

*An Presentia Realia doceatur ex Instituti-  
one sic, ut Figurata expositiones Sa-  
cramentariorum esse improba  
conuincantur?*

LUTHERVS prodit, suâ ætate serbu-  
isse decem Sectas Sacramentariorū

de sensu Verborum Institutionis, Anno  
1577. edito libello numerabantur 200.  
expositiones. Harum nouem eminent.  
Tres de HOC: duæ de EST: Tres de  
CORPVS: vna de MEVM. De singulis  
ex ordine quæritur.

*An Tropus sit in HOC.*

I. ANDREAS CAROLSTADIVS ait  
*Hoc, id est, Hic.* Idque libro, edito anno 1524.  
Basileæ, se ex Dei Patris reuelatione ait didi-  
cisse. Qua causa Lutherus librum scripsit  
contra cælestes prophetas.

II. BYCERVS in Retractat. *Hoc, id est,  
Hæc actio tota Cæna, vel In hac actione exhibe-  
bitur Corpus meus.*

III. IOSEPHVS LANGIVS annot. ad  
Apolog. Iustini. *Hoc, id est, Panis.* quasi di-  
xisset, *Corpus meum est Hoc.*

SVADENT istis. 1. Cùm Berengarius,  
*Hoc* demonstrat panem, quem meram teno-  
bat manibus dicens *Hoc*: tunc enim nondum  
erat Sacramentum. Ergo panis est Corpus  
Christi. At propriè esse nequit; ergo figu-  
ratè. 2. Sicut illud *Ex hoc bibite*, de bere ad  
vinum referri: ergo Vinum biberant propriè,  
Sanguinem figuratè. Et iussit Dominus be-  
bere vinum: Aut, si de repente id motum,  
præstigiis est vsus. 3. *Hic calix*, demonstrat  
calicem, non Sanguinem: Similiter & *Hoc*  
panem, non Corpus Christi. 4. LUTHE-  
RVS, in *Capt. Babyl. c. 1.* Cùm Hebræi non  
habeant genus neutrum, Dominus dixit, *Hic  
est*, non *Hoc est*: sicque panem, non Corpus,  
demonstravit. 5. CALVINVS. Quod ac-  
cepit, benedixit, fregit, hoc & dedit. Sed ac-  
cepit & c. panem: ergo & dedit: *Hoc* igitur de-  
monstrat panem.

AUTOR. *Hoc* demonstrat, non pa-  
nem, sed Rem contentam sub hoc, scilicet  
sub speciebus. Docebitur infra. 1. Proin-  
ridiculè Carolstadius *hoc, id est, hic* sedet.  
Quem cernebant, demonstrare nil atti-  
nebat. *Accipite, Comedite: cur? Hoc, id est,  
hic*

hic enim sedet. 2. Ridiculè Bucerus; nam si *Hoc*, sit *haec tota actio*; ergo & *Hic calix* &c. erit *haec actio tota*: sicque duæ erunt actiones vna Actio Cœnæ. 3. Langius quoque ineptit. Nam 1. *Hoc*, si sit adiectiuum; concordet oportet cum substantiuo *Corpus*, hocque demonstrat: si substantiuum esse velit; iam subiectum est ignotius prædicato; quod absurdum. 2. Luc. c. 22. ait; *Hic calix nouum Testamentum in Sanguine meo, qui effundetur.* &c. id est, non hoc vas, aut vinum; sed sanguis. Vt igitur *Hic calix* sanguinem demonstrat; ita *Hoc*, verum Christi Corpus. Beza respondere nesciens, dicit, Lucæ locum esse corruptum, nec integrum. At pari modo totam neget Scripturam.

DICO AD I. *Hoc* demonstrat Corpus *Hic*, Sanguinem. Nam in propositionibus significantibus id quod tunc fit, cum dicitur, demonstratiua demonstrat id quod erit simul factum dictum; non quod est. Vt, *Hac mando vobis*; & *Hæc* nondum erant, sed secutura erant. 2. Melius *D. Tho. 3. q. 78. art. 2. & 5.* & in 1. Cor. 11. *Hoc*, demonstrat substantiam sub speciebus, & propriè pertinet ad Species; Non quod. *Hæc* species est Corpus meum. sed *Hoc*, quod sub speciebus latet, est *Corpus meum*. Etiam Sacramenta significant, quod efficiunt: at non efficiunt Corpus Christi, quod semper fuit; nec ut *Panis* sit Corpus Christi; id enim fieri nequit: Sed ut sub speciebus panis sit Corpus Christi, id est, res contenta.

AD II. Similiter istud, *Ex hoc*, refertur non ad Vinum, sed ad Contentum sub specie vini; Cur? *Hic est enim sanguis meus.* Mentiuntur igitur, aut iussisse Do-

minum, ut Vinum biberent, aut præstigiis fuisse mutatrices. At præstigiatores aliud promittunt, præstant apparenter aliud; Christus, quod dixit, id fecit, & dedit.

AD III. *Hic calix*, non vas, sed Rem Contentam significat.

AD IV. Esto: At habent genus masculinum, quod græcè & latinè verbum debet esse neutrum; ob proprietatem linguæ. Græcus autem vertit τὸ ἐστίν, non ὁ ἀστίν ἐστίν.

AD V. Falsum: quia accepit panem vulgarem; & dedit Benedictum; vel ut Calvinistæ volunt, sacramentalem. De mutata in vinum aqua in Cana dicere: *Hoc est vinum*: verum est: at falsum, *Hic aqua est vinum*. Ita *Hoc*, scilicet sub isto contentum, est *Corpus meum*; verum: falsum, *Hoc*, id est, hic panis est *Corpus meum*. Itaque *Hoc* formaliter demonstrat species in obliquo, non recto: materialiter verò substantiam Corporis Christi sub speciebus.

An sit Tropus in EST?

IV. ZWINGLIUS lib. de vera & fal. vel Est tropus in EST, & non in *Hoc*: estque idè quod SIGNIFICAT.

V. PETRVS BOQUINVS in Exam. lib. Heshusii: *Hoc EST*, id est. DICITVR, q. d. *Hic panis dicitur Corpus meum*. Sicut, hic homo est Deus. Et panem sic *Dicit*, sit, ob idiomatum communicationem: quam fingit rezultare ex Vnione: Non, Naturali; sc. animæ & corporis: Non ex Hypostatica, sc. Dei & hominis: sed ex Sacramentali, scilicet panis & Corporis Christi.

Simile LUTHERVS in Capt. Babyl. c. 1. Ita hic panis est Corpus Christi; sicut hic homo est Deus. Differt tamen ab eo in Vnione, vultque Re. lem esse ac veram panis & Corporis Christi: B. quibus, Sacramentalem, sc. vnitas res esse, licet coelo tenâque distantissimas.

Nn 3 Sva.

SVADENT istis. 1. Martyr, *libr. contra Gardin p. 3.* Papistæ coguntur *Est* per *Fiat* explicare: Quia cum dicitur, *Hoc est*, tunc nondum *Est*, & tamen verba sunt eis operatoria. 2. Zwinglius; Calvinus, Oecolampadius. Vt *Semen est verbum Dei; Petra erat Christus*, id est, significat: Ita *Hoc est Corpus meum*.

AVTOR. I. *Est* nil significat, nisi *Est*. 1. Quia aliud nil potest propriè significare; vt in quod, ceu simplicissimū, alia verba resoluantur; vt bibit, ridet. &c. id est, est bibens, ribens, &c. Et ita simplex est, vt *Est*, resolui in aliud nequeat, nisi in seipsum: *Est*, id est, est ens. 2. Idem est copula omnium enunciationum necessaria: ergo nunquam potest suam significationem dimittere, vt induat aliam. Vnde dicitur Substantivum; alia Adiectiva sunt. 3. Nullus rhetor vnquam posuit in eo tropum.

Ideo cautiore Sacramentarii in *Corpu*, non in *Est*, tropum posuerunt. Nec in *is*, Amare est diligere, id est, significat, tropus inest, sed signum prædicatur de signo, ideo explicatur per *Est*: cum essentia signi sit significatio.

II. Communicatio idiomatum nascitur, non ex qualibet Vnione; sed solum ex hypostatica duarum naturarum. 2. Ea non est inter naturas vnitas; sed in solo Supposito communi: Vnde non dicitur, Deitas est humanitas; sed Verbum est Deus & homo: ita nec hic panis est corpus; sed hoc Sacramentum est panis & corpus &c. Vanum igitur est signum Boquini.

DICO AD I. Verba Consecrationis nec perfectam Significationem, nec Effectum habent, nisi in instanti, quo vox vltima profertur: quod est vltimum mutatum esse. Vide *D. Tho. 3.*

quæst. 78. artic. 2. & 5. Adde, verba sunt operatoria, et si *Est* non ponatur pro *fiat*: quia dicente Deo, vt aliquid *Sit*, necesse est vt *fiat* quod ante non fuit. Debet autem dici *Est*, non vt *Fiat Lux*, Genes. 1. Quia verba Dei creationis operabantur solum efficaciter; at verba Sacramenti etiam Sacramentaliter, scilicet in *Facto* esse: ideo dicendum, *Est*, non, *Fiat Corpus*.

AD II. Ibi *Est* copulat duo signa, scilicet significans & significatum: sicut Amare est diligere.

An sit tropus in CORPVS? An in MEVM?

VI. IOANNES OECOLAMPADIUS In *Corpus* est metonymia, quæ rei signatæ ponitur pro signo.

VII. CALVINVS *Instit. l. 4. c. 17 §. 21.* Idem: sed addit, panem non esse nudam figuram Christi, sed quæ Rem ipsam exhibeat. Sic & Martyr; qui ait, *Corpus*, id est, Sacramenti Corporis, non mera figura.

VIII. CALVINISTÆ quidam apud sanctum c. 59 Concord. *Corpus*, aiunt, id est, Mysticum Ecclesiæ: q. d. *Accepit. & esse est enim Corpus meum*, id est, quia Vos estis Ecclesiæ mea.

IX. LUTHERVS in ludibrium Sacramentario 4. anno 1527. pulchriorem, ait, proferam ex ostensione MEVM, id est, à me factum & creatum, locum Lutheri accepit sermō Ioannes Campanus teste. Lutheri 10. 14.

SVADENT istis. 1. Sententia hæc: *Hic est Corpus meum*, est Sacramentalis: ergo Sacramentaliter exponenda. Calvinus libro contra Westphalum, *Hic murus abeneus esto*, exclamat. 2. Calvinus *ibid. §. 23.* Nisi Apostoli cogitassent *Corpus* accipi figuratè, turbati fuissent: at imperturbatè communicarent Corpori Christi. 3. Klebitius l. de Victoria p. 1. *Manducate*: id est, dentibus terite *Corpus meum*: & hoc propriè fieri nequit ore; ergo corde & fide fit.



**AUTOR. I.** Oecolampadius errat temerè. 1. Quia, *Corpus* nunquam in Scriptura accipitur pro signo, sed pro vel reali naturalique corpore, vel pro Ecclesia: atque tunc vim improprie accipit, seiplam exponit: vt Col. 1. *pro corpore eius quod est Ecclesia.* 2. Quin, *Hoc* non demonstrat panem; vt supra liquet: ergo verum Corpus. Docent id sequentia; Luc. 22. *Quod pro vobis datur; didoμενον.* 1. Cor. II. clarius, *Quod pro vobis Traditur κλάμενον*, id est, *frangetur*: At verum Corpus Christi traditum est, fractum, passum. Sicut Matt. Marc. Luc. de sanguine vero *quod exχυόμενον*, id est, *effunditur*, id est, offertur. Quæ omnia non possunt tropicè dici aut intelligi; sed tantum Vel de Oblatione vera, Vel de Passione vera Christi.

II. CALVINUS dum ait: Panis est signum, non inane, vt aliud; sed efficax, ipsum Corpus Christi exhibens re ipsa sic, vt id tunc sit & in celo; & nobiscum; sed datur tantum per Communicationem ipsius, omniumque bonorum eius, quæ non requirit localem præsentiam: Idque fit per instrumentum fidei.

**AUTOR.** Falsum hoc figmentum est. 1. Quia sic Calvinus Inst. lib. 4. c. 17. §. 5. *Sunt, qui manducare Christi carnem definiant, esse in Christum credere: sed mihi sublimius videtur Christus voluisse. &c. Vt enim non aspectus, sed esus panis corpori alimentum sufficit: ita penitus participem Christi animam fieri conuenit.* Iam ita colligo. Credere in Christum Caluino non est verè manducare Christum: at eidem manducare Christum est solum credere in ipsum: Ergo illi non verè manducatur Corpus Christi. Nam ipsi nulla est actio manducantis in Cœna, nisi ipsum Credere: at Christum manducari est, se vnire manducanti.

*Esto, Eph. 3.* Habitare in vobis Christus per fidem; tamen illud Habitare non est Credere, sed sequitur ad Credere: Nec illud Habitare in homine est actio hominis distincta ab actione fidei: Ita Vnio Christi nobiscum, per Manducationem spiritalem Cœnæ, non est actio distincta ab actione fidei: Ergo manducare Caluino debet esse solum Credere. 2. Nec Cœna est signum efficax magis, quàm Sacramenta vetera, aut imago Crucifixi: quòd illa repræsentarint passurum, hæc rememorent passum Christum. Ineptè verò diceretur aut illa aut hanc esse Christum ipsum: ita panis, si diceretur ipse esse Christus, quòd datur in signum ac memoriam Christi, sicque fidem excitet: vt ait Caluinus Inst. l. 4. c. 17. §. 2. 5. &c.

**DICO AD I.** Sacramentalis propositio est Vel *Explicans Sacramentum*: Vt Genes. 41. *Septem boues, septem anni sunt.* Matth. 13. *Semen est Verbum*: sic prædicata semper accipiuntur tropicè, non proprie Vel *Instituens Sacramentum*; vt Ioann. 3. *Nisi quis renatus. &c.* Matth. vlt. *Baptizantes eos. &c.* sic prædicata semper proprie accipiuntur. Nefas tentire est, Aquam in Baptismo, aut Formam *In nomine Patris. &c.* capi figuratè. Itaque & proprie ista; *Hoc est Corpus meum*, vt essentialia ad institutum Sacramentum conficiendum, capi debent. Et quia Sacramentum, teste ipso CALVINO *Institut. libro quarto capit. 41. §. 2.* est longè posterius verbo promissionis; ideo panis non est Sacramentum nisi post verba recitata. Quare illa fuit Sacramenti & Institutio & confectio non expli.

explicatio: quia id nondum erat. Ideo etiam hæretici verba ista Cœnæ suæ præmittunt; quod absque iis non putent esse Sacramentum. Denique in scriptura ubique præcedit mysterium, & subiicitur explicatio: hæc autem verba præcedunt Sacramentum; non igitur sunt explicatoria, sed operatoria. Et sic aheneus murus, ecce luteus est.

AD II. Imperturbati communicant, 1. Quia, *Ioann. 6.* Dominus eos instruxerat. 2. Quia, traditor mysterii erat & mentium illuminator: hinc nec hodie rudes ad idem turbantur; sed infideles.

AD III. Corpus Christi proprie ore manducatur, id est, sumitur; non atteritur. Dein; species manducantur, & sub his Corpus Christi, non absolute: sicut accidentia, cuiusque cibi manducantur, non substantia.

AD IV. Lutheri jocus: Esto, panis & vinum sint à Christo creata; non tamen ideo sunt Corpus & Sanguis Christi: quia de his dicitur, *quod pro vobis datur: Qui pro vobis effundetur. &c.* quæ iis nequeunt convenire.

#### Q V Æ S T I O XLVI.

*Verba, Hoc est Corpus meum: proprie, an figuratè sint exponenda?*

SACRAMENTARIUM quàm infanda commentum sint, hæcenus aperui: Pertendunt, imprimis autem CALVINISTÆ, inde ab Zwinglio, (vnde & Zwingliani audiunt) Figuratè accipi oportere istud, *Hoc est Corpus meum.*

SVADENT, (præter iam dicta;) istis. I. Quia, ait Calvinus *Inst. libr. 4. c. 17. §. 21. 22.*

AUT EST, in Scriptura ponitur pro significato, aut prædicatum figuratè: Vt *Genes. 17. Circumcisio est fœdus. Exo. 12. Agnus est pascha. I. Cor. 10. Sacrificia sunt expiationes. Matth. 3. Columba est Spiritus Sanctus. 1. Cor. 10. Panis est Communicatio Corporis. Matth. 13. Ego sum ofitium.* Et verò complures hæretes sunt ex pertinace Literæ proprietate exortæ; vt Antropomorphitæ. &c.

II. CALVINVS ibid. §. 23. Corpus significatur aut solum: ergo erit sine anima & sanguine: Aut totum; ergo &c. 1. Vel barologus erit, *hoc est Corpus, hic est Sanguis;* hæc enim idem significabunt: pote itque dici de panis, *hic est Sanguis. &c.* 2. Vel erit tropus intellectio dictus. Et sic debet tropicè capi.

III. CALVINVS, Martyr. &c. 1. *Cor. Hic calix novum Testamentum: sicut in meo Sanguine:* Duo hic tropi: *Calix*, continens pro contento: *Testamentum*: nam Vinum & Sanguis non sunt proprie Testamentum, sed signum. 1. Quia, alioquin omni die innovaretur testamentum. 2. Sæpè moretur Christus, testamentum valeret. 3. *Martyr. Hic est Sanguis novi Testamenti.* Ergo non ipsum testamentum. At quod erat in calice erat testamentum: teste Luca: *Ego in calice non erat Sanguis.* 4. Lucas & Paulus *Hic calix est Testamentum in Sanguine:* Sic est Sanguis in sanguine; quod absurdum; & impossibile, vt idem sit in seipso. Vnde *Marcus & Marcus, Hic est sanguis meus;* debet exponi per Lucam & Paulum, *Hoc est Testamentum in meo Sanguine:* id est, signum testamenti in Sanguine confirmati. Et *Hoc est Corpus meum,* debet exponi: *Hoc est Testamentum in Corpore meo.* Nam Corpus & Sanguis stabilierunt testamentum: non exponi debent proprie, nisi Corpus & Testamentum esse velimus idem. Hic Achilles Calvinus.

IV. *Hoc facite in meam commemorationem.* At memoria est absentium: ergo panis & vinum non sunt Corpus & Sanguis: ergo hæc tropicè capi debent.

V. Non bibam ex hoc genimine vitis. &c. hoc dictum post Consecrationem: ergo post eam verum fuit vinum; quare dictum figuratè est *Sanguis*.

AUTOR. Dominus propriè locutus est. I. Docetur ex MATERIA, de qua sermo est; illa est *Pactum, Sacramentum, Testamentum, Lex, Dogma*: quæ omnia propriam locutionem requirunt; non figuratam. 1. *Sacramentorum* Institutio fit propriis verbis: Vt *Gen. 17.* Circumcisio. *Exod. 12.* Agnus paschalis. In *Leuitico*, Sacrificia: *Matth. 28.* *Mar. ult.* *Ioann. 3.* Baptismi Institutio, aut promulgatio potius. Etsi vox, *Renasci*, figurata sit, mox tamen exponitur per, *Ex aqua & Spiritu Sancto*. Dein; illa pertinet ad effectum Sacramenti; non ad essentiam. 2. *Testamentum, Exod. 24.* vetus propriis verbis instituitur; ergo & Nouum, *Matt. 26.* *Hic est Sanguis Noui Testamenti.* *Luc. 22.* *Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine.* Vide *Hebr. 9.* Sic & in ciuilibus consuetum est condi Testamenta. *Bell. l. 1. c. 9.* 3. *Pactum*, item; ne cauillis sit locus; constare propriis debet. Ideo *pactum* vocatur *testamentum, Exod. 24.* *Hebr. 9.* 4. *Præceptum* item; vt hîc, *Accipite, comedite, Hoc facite.* 5. *Dogmata* item; non nisi propriis verbis tradi in Scriptura solent: ergo & istud: *Hoc est Corpus meum.*

Præcepta autem quædam sunt purè tantum præcipientia; quædam etiam exhortantia. Et in hisce tropi inueniuntur; non in illis. Deinde verissimè S. *Aug. l. 2.* Doct. Christi; c. 6. 9. *Nihil obscure dictum in Scripturis, quod spectet ad FIDEM, vel MORES, quod non planissimè sit dictum in aliis locis.*

II. Docetur à personis: Dominus loquebatur Discipulis rudibus, non Scribis doctis, troporumq; gnaris; Tempore & loco, quæ lusum tropicum non admittebant: Euangelistæ & Paulus iisdem vtuntur verbis; cum alioquin sese explicare soleant. Nec vlli vnquam interpretes tropum in his agnouerunt; præter hæreticos.

III. Docetur à Communi Regula interpretandi Scripturam; quæ est, Nūquam dimittendus verborum sensus proprius; nisi cogat Scriptura alia; aut Fidei articulus alius: aut Consensus communis sic intelligentium. Sin'; peribit fides; remanebitque opinio in Diuinis, errores innumeri seminabuntur. Patet in hæreticis, qui opinionibus circumaguntur, non fide.

IV. Docetur. *Marcus, ait, panem εὐλογήσας, benedixit; Calicem εὐχαριστήσας, gratias agens.* *Luc.* & Paulus de utroque aiunt, *εὐχαριστήσας*: Vtrumque factum est, & vnum in altero intelligitur: sicut *1. Tim. 4.* *Nil reiiciendum, quod cū Gratiarum actione percipitur; Sanctificatur enim per Verbum Dei & orationem: vbi in Gratiarum actione intelligitur Oratio sanctificans.* Vnde Dominus *gratias agens benedixit*, id est, consecrauit: Non solum, vt Sacramentarii volunt, *benedixit Deo, seu, gratias egit.* Hinc, *1. Cor. 10.* *Calix, cui Benedicimus: εὐλογῆμεν, id est, quem benedicimus, scil. quem accipimus, frangimus, damus.* Dominus autem non sœuit res *Benedicere*, nisi Magnum quid patraturus: *Benedictio* autem Dei est Effectio Magni alicuius ac Miri; vt *Luc. 9.* in panum multiplicatione, & *Matt. 15.* *Marc. 8.* & in Coena. Aquam verò nusquam

o o quam

quam benedixit; quia in hac nulla futura erat transubstantiatio.

DICO AD I. Multipliciter peccat hoc argum: 1. Et si *Est* sæpè figuratè ponitur; non tamen semper: at sæpius *Est* significat *Est* in Scriptura. 2. Exempla allata non sunt huic, *Hoc est Corpus meum*, similia: nam in iis disparata prædicantur de disparatis; vt *boues sunt anni*; *semen est Verbum*. &c. quæ propriè esse vera non possunt. 3. Quædam falso citantur: vt *Sacrificia sunt expiationes*: quod nec est *Leu. 16.* nec vsquam. *Psal. 84.* *Arca videtur Deus Deorum.* *I. Cor. II.* *Ecclesia est Christus.* &c. cum dicatur *ita est Christus.* 4. Quædam malè exponuntur; Vt *Agnus est Pascha*, non quòd significet; cum nulla sit inter occisionem agni, & transitum Domini similitudo; sed quòd *ita dicitur*: Vt, *Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* *Necesse erat occidi Pascha.* In illo, *Petra erat Christus*: non *Petra* ipsa, sed *spiritualis & inuisibilis petra*, scilicet *Christus* sequebatur eos, vt *Deus* eis omnia prouidens. In hoc: *Panis est communicatio*: Non *ita*: sed *Communicatio panis nonne communicatio Corporis Domini est?* Sic, *Baptismus est lauacrum*, id est, non significat lauare, sed verè lauat animas. 5. In omnibus adductis locis est vel tropus, vel quid obcurum; additurque Explicatio: Et in Similitudinibus, parabolis, Visionibus *Est* accipi sine tropo pro significat potest: quia talium essentia posita est in significando. At istud, *Hoc est Corpus meum*, non est explicatio, aut similitudo, sed Assertio.

AD II. In *Corpus* intelligitur solum *Corpus*; in *Sanguis*, solus *Sanguis*;

ob necessariam tamen Concomitantiam distracta non sunt: singula in singulis verbis significantur; Coniunctio tamen non significatur. Vt, *Hoc est Corpus Petri*: propriè *hoc* significat; non lequitur tamen id carere animà: Vt, *Verbum Caro factum est*, non sola, sed cum anima.

AD III. In *Calix* est tropus: nam vas non ipsum bibitur, aut effunditur; sed liquor. Ideo explicatio additur ab *Luca & Paulo*; *Hic est calix*, apud *Matthæum & Marcum* *Hic est sanguis*. Vt *Testamentum* bifariam capitur: 1. Pro voluntate ipsa testatoris: Vt *Exod. 24.* *Hic est sanguis fœderis*, seu, vt *Heb. 9.* *Testamenti*: scilicet. quo confirmatur Dei voluntas promissioq; 2. Pro authenticò instrumèto de voluntate testatoris, per quod hæres ius ad hereditatem acquirit: Iudæi ad terram promissionis, Christiani ad Gratiam & Gloriam: que per Instrumenta Sacramentorum applicatur. 1. Vnde quotidie innouatur Repetendo, non Instituendo. 2. Nec Mors Christi fait Testamentum, sed instituti huius confirmatio: & institutum infinities repeti potest. 3. Apud *Matthæum* capitur Testamentum pro Voluntate Christi: apud *Lucam* pro Instrumento: Vtrumque verè ac propriè. 4. Verum est, non absurdum: *Hic calix*, id est, *Sanguis nouum Testamentum est in meo Sanguine*: scilicet. in cruce effuso, cruentè hic semel; ille Sacramentaliter prælens sub specie vini. Quia *Sanguis Sacramentalis est Testamentum in Sanguine Crucis semel effuso*. Vnde, *IN*, significat hanc Causam instrumentalem, non Contin-

mentiam; poniturque pro P E R. q.d. Testamentum nouum sanciri per Sanguinem. Sicut Ephes. 2. *Facti sumus proprie in Sanguine eius.*

AD IV. Hoc, in mei memoriam, exponitur I. Corinth. II. *Mortem Domini annuntiabitis*, sc. præteritam Christi præsentis: non in absentis Christi memoriam.

AD V. Lucas meminit duorum calicum: Vnius ante Consecrationem, post esum agni: & hunc vocat *genimen vitis*: Alterius post Consecrationem panis: & hic, ait, *est Sanguis*. Ita S. Hieronymus in *Matth. 26. Beda, Theophilactus. &c.* S. Augustinus id non expendit, ad alia properans.

### Q V Æ S T I O XLVII.

*An Realis Præsentia Christi in Sacramento docetur ex V S V in S. Scriptura contento?*

SACRAMENTARIJ & Calvinistæ Realem Præsentiam negant: Asseruntque absentiam, ac

SVADENT istis. 1. Martyr ad Gardin. Christus est in cælo ad Dexteram Dei: ergo non in pixide; nisi cælum velimus in pixide contineri. Nam Christi Corpus est in cælo, & est in Sacramento: ergo Sacramentum est in cælo. 2. Petrus Martyr. *Quod intrat in os, in secessum mittitur; sed Christus non in secessum mittitur: ergo nec intrat in os.* 3. Matth. 24. *Si dixerint: Ecce hic, aut illic est Christus: nolite credere: ergo non est in altari, & cælo.* 4. Matth. 26. *Me non semper habebitis vobiscum.* Ita Calvinus, & Martyr a iunt hoc falsum fore. Et Augustinus per hoc intelligit præsentiam Carnis: at Maiestatis, per illud: *Vobiscum sum omnibus diebus.*

5. CALVINVS Inst. I 4. c. 17. §. 27. *Christus, qua homo ascendit in cælum; & Act. 3. Oportet illum cælum suscipere, usque ad tempus restitutionis omnium: Philipp. 3. Unde Saluatorem expectamus; tunc, non ante. Falsum igitur est, eum sæpe descendere in Eucharistiam.* 6. Calvinus ibidem. *Veritas carnis Christi probatur aspectu & contactu.* Luc. 24. *At in Cæna solus panis videtur & tangitur.* 7. Ioann. 6. *Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quicquam.* Hic Achilles Zwinglii. *At, ait Martyr, Capharnaïta, & Papisita putant carnem Christi corporaliter manducandam.* 8. Ioann. 12. *Vbicum ego, illic & minister meus erit:* At sancti non sunt in Eucharistia; ergo nec Christus. Et, ait Martyr, *impie faciunt, qui eum à gloria Patriæ ad hæc inferiora devocant.* &c. Plura Belarm. l. 1. c. 14.

AVTOR. Realis Præsentia Christi in Eucharistia docetur ex Vsu aliorum S. Scripturæ locorum. I. Vt, I. Cor. 10. *Calix Benedictionis, cui benedicimus, nonne Communicatio Sanguinis Christi est? Et Panis, quem frangimus, nonne Communicatio Corporis Christi est?* 1. Quia, calix Benedictionis est: ideo Consecratio necessaria est, & Effectiva, non precatória. Et Effectiva vt vinum fiat Sanguis; non, ceu CALVINVS & MARTYR volunt, vt commune vnius fiat Sacramentum figuratiuum. Cur in aqua Baptismi, in Manna, in agno, &c. nulla opus Benedictione seu Consecratione? Quia, nulla isthic transubstantiatio. 2. Quia, panis quem frangimus, id est, offerimus, immolamus; vt recte CALVINVS & MARTYR nobiscum volunt; non quem distribuimus. At non immolam<sup>9</sup> panem nudum; sed Agnum mysticum, Christum. Vnde ait: *Communicatio est Corporis & Sanguinis.*

O o 2 I. Quia

1. Quia sensus literalis & proprius semper est eligendus, nisi euidenter probetur contrarium. 2. Quia sic exposuerunt S. Patres. 3. Quia intendit Apostolus auertere Corinthios ab idolothitis carniū.

II. 1 Cor II. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium. &c. non diiudicans Corpus Domini. &c. Reus erit Corporis & Sanguinis Domini.* At isti indigni id non recipiebant spiritu & fide; sed solo corpore: ergo verè præsens erat Corpus Christi in Eucharistia, Non enim ore capi potest, vti est in cælo.

INSTANT. Calvinus *Inst. l. 4 c. 17. §. 33. & alij*: Indigni ideo sibi iudicium manducant, 1. Quia Symbola Corporis Christi iniuriâ afficiunt: iniuria autem imaginis refertur in eum, cuius est Symbolum. 2. Quia non percipiunt verè Corpus Domini, quod in symbolis offertur; quod est ac si Corpus Christi conculcarent.

DICO AD I. Hic suam ipsi iconomachiam destruunt. Belle! Deinde qui non intendit effigiato inferre iniuriam, is etiam discerptâ effigie non iniurari censetur: At qui indignus Communicat, fit reus, etsi non intendat iniurari Christum. Itaque specialis interior mundicies dignitasque requiritur.

AD II. Non ait Paulus, eos peccare quòd non recipiant; sed quòd Indignè percipiunt, ac ita vt si non esset Corpus Domini, id est, *non diiudicant Corpus Domini.* Demum illa Sacramentatorum interpretatio violenta S. Patribus aduersatur. Vide *Bell. l. 1. c. 13.*

DICO rursus ad SVASIONES. AD I. Christus est in cælo gloriam suam manifestas; est & extra cælum, gratiam impetians: neque hoc extra cælum esse est

in cælo esse: Nec Sacramentum est in cælo, aut contrà.

AD II. Dominus loquitur de cibis ad alèdum corpus: Vnde Dominus post resurrectionem verè comedit, nec tamè secessit. Eucharistia verò sumitur ad alendam animam, non corpus: ideo corruptis speciebus esse definit.

AD III. De pseudopropheta id dicitur, non de Eucharistia: & suum apertum aduèctū cum illorū cōparat aduentu clanculario. Vt sol ortus vbique splendet, nec dies tamen videtur: ita Christus apertè honoratur, nec tamen sub speciebus videtur.

AD IV. Dominus loquitur de præsentia sua visibili; quali obsequium præstitit Magdalena, more humano, ad vtilitatem Corporis Christi. At ibi, *Ego vobiscum sum. &c.* præsentia inuisibili. Vt ubique debetur ei obsequium Honoris at Vtilitatis in illa ei sola præstitum fuit. Et hanc vocat Aug. præsentiam Carnis: Dixit enim Christum adesse trifariam, per Maiestatem, aut per Prouidentiam, aut per Gratiam. Et per hanc est in Sacramento.

AD V. Ascendit quoad humanam naturam; se tamen potest constituere vbi, quando, quoties, quomodocunque vult, etiam alibi, salua suâ in cælis existentia. Id quod Omnipotentia est.

AD VI. Aliud est Affirmatiuè colligere, vt Dominus facit: *Hoc palpatur &c. ergo corpus est*: Aliud Negatiuè; vt *Hoc non palpatur: ergo non est corpus.* Falsum hoc, quia ibi est obiectum sensuum; hic non; Deo sic volente: sicut *Luc. 4.* Corpus suum fecit inuisibile, quia voluit: ita & in Eucharistia.

AD VII. Caro SOLA non prodest quicquam sine Spiritu viuificante. Ita Aug. Cyrill. Caro autem semper est Diuinitati vnita: at ij de sola intelligebant. Ita nec panis prodest quicquam, solus. 2. Deinde; non tam de Carne sua, quam de Carnali eorum intelligentia loquitur, ait Chryf. Theophil. Euthym. &c. Sicut & Nicodemus, *Ioann. 3.* carnalem cogitabat natiuitatem. *Verba, quæ ego locutus sum, spiritus & vita sunt*, sc. tum Significatu, tum Effectu & Veritate. 3. Denique; vt nuda caro humana est sementina peccatorum: ita nuda Caro Christi cogitata, est sementina hæresium, olim plurium; nunc Sacramentariorum.

AD VIII. *Vbi*, ait, non, *Vbicunque*. Sat, si Sancti sint *alicubi* cum Christo, et si non *Vbiq̄ue*. Deinde; Christus ibi promittit confortium regni; non agit de Eucharistia.

## QVÆSTIO XLVIII.

*An Veritas Christi in Eucharistia doceatur Ex Consensu omnium Aetatum?*

CALVINVS in vlt. admon. ad Westphaliam ait: *Constat Veritos omnes scriptores, qui totis quinque sæculis post Apostolos vixerunt, vno ore nobis patrocinari: sc. ad figuræ cœnaticæ figmentum.* MARTYR in præfat. contra Gardin. ad Reginam Angliæ, iactat, se defendere sententiam Patrum Græcorum & Latinorum veterum de Eucharistia. PETRVS BOQUINVS, *lib. de Cœna contra Heshuf.* ait, nullam esse rationem certiore & breuiorem inueniendæ Veritatis in hac causa, quam insistendo vestigijs antiquorum Patrum.

AUTOR. Boquinus verè: at pro nobis. Martyr & Calvinus effrontes thra-

sonicè ac vanè. Age, per Aetates singulas obeamus inde à Christo atque Apostolis vsque hac. In Prima Centuria 1. S. Andreas Apost: ait; *Ego Deo immaculatum Agnum quotidie sacrifico. Qui cum sit verè sacrificatus, & verè Carnes eius à populo manducata, integer perseuerat & viuus.* 2. S. Ignatius epist. ad Smyr. *Eucharistias & Oblationes non admittunt; quod non confiteantur Eucharistiam esse Carnem Saluatoris. &c.* 3. S. Dionysius Arcop. p. 3. Hierarch. c. 3. *Diuinitissimum Sacramentum inuocat, & adorat.*

II. Sæculo. 1. S. Iustinus Mart. in Apolog. 2. ad Antonium Imperatorem. *Non vt communem panem & potum hæc sumimus; sed vt per verbum Dei incarnatus IESVS carnem & Sanguinem habuit. &c.* 2. Pius I. Papa statuit poenam, si cui quid de Eucharistia in terram decideret. Gratianus de Consec. dist. 1. can. Si per negl. 3. S. Irenæus l. 4. hæres. c. 31. *Quomodo constabit, Panem, in quo gratia acta sint, Corpus esse Domini, & Calicem Sanguinis eius? &c.*

III. Sæculo. 1. Tertull. l. 2. ad vxor. *Et si sciuerit, maritus ethnicus, Panem; non illum credit esse, qui dicitur. Idem l. de resurrect. Caro Corpore & Sanguine Christi vescitur, vt anima de Deo saginetur.* 2. Origenes hom. 5. in diuersis. *Cum manducas et bibis Corpus & Sanguinẽ Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. &c.* 3. S. Cyprianus serm. de Cœna. *Panis, quem Dominus discipulis porrigebat, non Effigie, sed Natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est Caro: Et sicut in persona Christi Humanitas apparebat, & latebat Diuinitas: ita Sacramento visibili ineffabiliter diuina se infundit Essentia.*

IV. Sæculo. Concilium Nicænum.

1. idem profitetur, cum S. Athanasio, Hilario, Cyrillo, Ambrosio, Basilio, &c.

V. Sæculo. S. Gaudentius, Chrysof. Hieron. August. Synodus Ephesina &c. Ecce, qui totis quinque sæculis post Apostolos vixerunt, uno ore nobis patrocinari Orthodoxis contra Sacramentarios. Cæteratum quid ætatum S. Patres huic porro subiicere attinet? Vide Bell. l. 2. de Euch. toto: simul & quam vim S. Patribus inferant interpretes Sacramentarii, ut & ipsos sui similes reddant coruos.

AT, S. Patres Veritatem docent ex Vocabulis, 2. Comparationibus, 3. Transubstantiatione, 4. Mysterio, 5. Veneratione, 6. Effectu Eucharistiæ.

I. Vocant Eucharistiam Corpus & Sanguinem Domini: Tremendum Mysterium: Pretium nostrum, &c.

II. COMPARANT I. Cum Sacramentis ludæorum, differreque docent ut Veritatem à figuris, corpus ab umbra. 2. Cum Incarnatione Christi. 3. Cum Christo in ara, in præsepio, & cælo. Chryf. 4. Christum in Eucharistia cum Angelis in forma corporea. August. 5. Indignè communicantes cum crucifigentibus Christum, Tertullian. Cypr. Basilius.

III. MUTARI Panem docent realiter, 2. Ut mutabatur panis per nutritionem Christo comedente. 3. Ut aqua in vinum: Virga in serpentem. 4. Huere quiri aiunt omnipotentiam, 5. Falli sensus.

IV. MYSTERIVM altissimum agnoscunt: 1. Intelligi non posse absque fide. 2. Hortabantur ad Fidem certam: 3. Esse miraculum superans captum hu-

manum. 4. Non loquebantur de eo coram ethnicis & catechumenis.

V. VENERATIONEM ei deferrebant latreuticam: 1. Adorando, 2. Inuocando: 3. Cauendo ne quid excideret: 4. Ne aspiceretur ab infidelibus: 5. Asserendo Angelos adfiteretremebundos.

VI. EFFECTVS ei tribuunt reales: Ut 1. Christum vniri nobis Corporaliter. 2. Ideo corpora nostra resurrectura. 3. Coniungi Christum nobis re ipsa, nõ tantum per fidem, Chryf. Cyr. Alex. Nos fieri diuinæ naturæ consortes. Hæc quæ Sacramentariis pugneat, liquet.

#### Q V Æ S T I O XLIX.

*An Reals Præsentia esse Possibilis Deo doceatur ex RATIONE, sic, ut vnum Corpus possit simul in diuersis locis poni?*

RATIO variis principiis Fidei subnixæ iuuatur: cæterotuoque hac in re caligat. Quæritur autem: An Possit, an Velit Se Christus sub speciebus exhibere?

CALVINVS Instit. l. 4. cap. 17. § 24. *Non quæritur, quid Deus potuerit; sed quid voluerit. Veruntamen insane, quid à Dei potentia prestulas, ut Carnem faciat simul esse, & non esse carnem? Simul a gutta gumenta nostra præ possibilitate stantia. Sic & Martyr & Beatus &c. Sic damnatus olim Wicleffus apud Th. Wald. l. 1. c. 72.*

SVADENT istis. I. Calvinus in ult. admon. ad V. Westph. Mar. ult. *Surrexit, non est hic.* 2. Deus nullo circumscribitur loco: Ier. 23. *Calum & terram ego impleo Ps 138. Quis ita à Spiritu tuo? At Corpus Christi aut circumscribitur; aut ubique erit: Vbiq; verò, ut Aug.*



Aug epist. 3 ad Volus. nullum corpus esse totum potest. 3. Calu. Martyr. Si vnum possit esse simul in multis locis, erit vnum, & multa. Nam Corpus in ara non continuatur cum eo in caelo: sicque erit vnum, & non vnum. Nec venit in aram motu locali; nam sic desereret locum alterum: Non generatur, nam sic fieret. &c. Plura in *Geneal. p. 3. q. 12.*

AVTOR. I. S. Scriptura nihil à Dei Omnipotentia eximit; nisi quæ facere, esset Deum deficere: vt Mentiri, *Hebr. 9.* Negare seipsum, 1. *Timoth. 2.* Quale non est: Corpus vnum pluribus in locis esse: Et istud ex Scriptura docet meus *Antichristus p. 3. q. 19.*

II. *Mysteria quaedam fidei sunt captu difficiliora, factuque, quàm hoc: & facta tamen sunt, & credenda: vt Trinitatis in Vnitate: Vna hypostasis in duabus naturis Christi: Resurrectionis mortuorum: Creationis, & annihilationis: Æternitatis. Quæ Philosophi irriserunt. Vide in *Geneal. ibid.**

III. S. Patres testantur existentiam Christi pluribus in locis simul. 1. *Chryso.* Quia est in caelo, & in ara. 2. *Chryso.* *Ambr. &c.* Est simul pluribus in aris corporaliter. 3. *Cyrril. Theop.* Eucharistia sanctificat animas & corpora omnium, totum in singulis, ac indiuisum. 4. *Sanctus vnus* cum simul diuersis in locis miracula facit, aniple faciat, aut Angeli; superare vires ingenii, ait *Sanct. Augustinus.* Dum dubitat; non impossibile esse significat. Ita Sancti viui prodantur hinc existisse, & isthic procul viuos.

IV. *Spiritus vnus* potest hic; alubiq; esse simul: ergo & corpus. Nam ratio, cur non sic esse posse videantur, est Vni-

tas, non moles: Vnitas autem tam in Spiritu, quàm corpore est. Quanquam Corpus Christi non est Localiter in Sacramento, nisi ratione dimensionum panis: nã ordinariè locum non occupat.

V. *Vnus locus* potest capere duo corpora sibi adæquata simul; nec tamen loci vnitas diuiditur; nec corpora confunduntur: ergo & corpus vnum potest duo implere loca. Ita enim se habet locatum ad locum, sicut locus ad locatum. *D. Th. in 4. d. 44. q. 2. artic. 2. q. 5.* vult, Vnum corpus in duobus locis esse non posse localiter, sed tantum Sacramentaliter.

DICO AD I. Agitur ibi de facto; non de eo quod possit facere Deus. Et Mulieres mortuum putabant, ac iacere in sepulcro: ad earum mentem responderet Angelus, *Surrexit; Non est hic.*

AD II. Deus de facto est ubiq; & intrinsecus reb. essentialiter, vt non possit nō esse ubiq; & constringi loco nequeat. At Christi Corpus in caelo est localiter: in ara Sacramentaliter; sicq; & pluribus in locis est vnus intrinsecè indiuisus, licet extrinsecè diuisus numero, non Corpore. Nec enim Vnitas essentialis pendet ex vnitate loci: cum prius sit rem Esse, quàm Esse in loco.

AD III. Iam liquet, Corpus Christi nec localiter venit, nec generatur; sed incipit esse per Conuersionem panis in Iptam. *Eccē*, ait Aug. 22. *Ciuit. c. 11. qualibus argumentis omnipotentie Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas.* De regulis Potentiæ vel Impotentie Dei. Vide in *mea Geneal. part. 3. quæst. 12.*

Quæ

## QVÆSTIO L.

*An Corpus Christi possit in Eucharistia sine magnitudine, locum occupante, existere?*

**C**ALVINISTÆ adesse negant Corpus Christi; quia adesset sine magnitudine: ut sentit Durandus: Aut si foret cum magnitudine, hanc re ipsa non esse distinctam à Substantia, sed ita sese penetrare singulas partes inuicem, ut earum nullus sit ordo, forma nulla: uti Okam sentit.

SVADENTID Calvinistæ argumentis Durandi & Okami. 1. Petr. Martyr, ex Aug. epist. 57. *Spatia locorum tolle corporibus, & nunquam erunt; & ideo non erunt.* 2. CALVINVS *Inst. l. 4. c. 17. §. 29.* Habere dimensionem est de essentia corporis: ergo implicat esse corpus, & non esse in loco. 3. *Martyr lib. contra Gardin.* Ut facultas intelligendi posterior est anima, separari tamen nequit, ut intrinseca; ita occupare locum est intrinseca proprietas Quantitatis. 4. Substantia nequit existere, nisi substantialiter: ergo nec quantitas, nisi quantitativè. 5. Spiritus indivisibilis existere nequit per modum corporis divisibiliter: ergo nec corpus divisibile existit per modum spiritus indivisibiliter. &c.

**A**VTOR. I. In Eucharistia non est Corpus Christi sine magnitudine. I. Quia sine quantitate Christus non esset Totus in ea: quod est contra *Trid. Sess. 3. C. 2.* 2. Sequeretur, Corpus Christi in Eucharistia non habere operationes vitæ: quia hæc non sunt sine organis; & hæc non sunt sine quantitate. Hisce argumentis evertitur etiam opinio Okami.

II. Est igitur Christus Totus in Eucharistia cum omnibus accidentibus suis: (excepta relatione ad Locum Cœlestem, quam habet ut in cœlo est; & iis, quæ ad

existentiam eo in loco consequuntur) Et contrà; Totus in cœlo est cum magnitudine & accidentibus omnibus; excepta relatione ad species panis & vini, quam habet, ut est in Eucharistia. *Deinde* Corporis Christi membra non sese penetrant, sed habent ordinem & figuram corporis humani.

**N**O T A autem Magnitudini convenire tria: 1. *Extensam esse in se*, id est, habere partem extra partem, ac proinde situm quædam intrinsecum partium, seu ordinem. 2. *Coextendi loco*, & habere situm intrinsecum in ordine ad locum. 3. *Extrudere aliud ex loco*. Secundum est posterius primo; potestque Dei potentia separari à primo, hoc saluo stante: Sic & tertium sequitur ex secundo, separarique potest, ita ut prius maneat sine posteriore; non contrà.

III. Hinc Corpus Christi in Eucharistia habet primum modum; non secundum, aut tertium, ut separabiles: ideoque potest occupare locum; non tamen aliud corpus inde expellere: quæ proprie dicitur Penetratio; estque possibilis Dei potentia, ut corpus habeat primum & secundum modum sine tertio. **Q**U I A; quæ non implicat contradictionem, ea facere potest Deus; at corpus esse alicubi; & tamen non occupare locum, aut expellere aliud; non implicat: *Quia*, hæc non repugnant Essentiæ magnitudinis; cum nil posterius sit de essentia prioris. *Deinde*: potest quantitas intelligi, & definit sine loco; patet in sphaera ultima. *Vide* plura in meo *Antichristo* p. 2. q. 20.

**D**I C O A D I. S. Aug. ibi quædam dicit de Corpore Christi, quædam de aliis corporibus: quæ Martyr confundit. De

De Corpore Christi solam Vbiquitatem refutat, dicens: *Cauendum est, ne ita Diuinitatem adstruamus Hominis, ut Veritatem Corporis auferamus. Non est autem consequens, ut, quod est in Deo, ita sit in his, ut Deus.* Vbiquitarii volunt Christi Corpus ita diffusum, ut nusquam figuram habeat humanam. Corpora proinde ait sic esse in loco extensiuè, ut pendeant à loco sic, ut sine loco sint nulla: at Deus & Corpus Christi non pendent à loco.

AD II. Coëxtendi loco non est de essentia corporis; sed consequens: proinseparabile est à re.

AD III. Dissimilia sunt ea, nam Replere locum est actus, non potentia: at facultas intelligendi est potentia, non actus. Reliqua parent ex Notabili.

AD IV. Substantia non potest separari à suo existèdi Modo Essentiali; quod fieret, si inhaereret in subiecto: Potest tamen à Modo suo intrinseco seu proprio separari, qui est *Per se existere*. Ita substantia Humanitatis Christi existit in Verbo, non habens propriam substantiam, ut à quo sit seiuncta: Ita quantitas non potest existere nisi quantitatiuè primo modo; at potest secundo: Ut supr.

AD V. Causa formalis ab effectu separari potest; cum sit prior effectu: at Quantitas est causa formalis huius effectus, Occupare locum. Ideo potest esse vera Quantitas sine hoc effectu: at non contrà. Spiritus autem, in se indiuisibilis, non potest extendi in loco; quia sic foret effectus formalis sine causâ, id est, posterius sine priore: quod fieri nequit. Vide *Antichristum part. 3. quaestione 20. Genealogiam part. 3. quaest. 12. Bellarmin, lib. 3. cap. 6.*

## QVÆSTIO LI.

*An Deus Voluit, Fecitq., ut Corpus Christi presens in Eucharistia adesset?*

SACRAMENTARIII voluisse negant: quòd nec Vtile, nec Decens videatur.

SVADENT istis. Quia frustra ponitur corporalis Præsentia, cum sufficiat eam habere in signo. 1. Quia finis Eucharistiæ est nutrire animas fide & charitate: at, CALVINVS Inst. l. 4. c. 17. §. 32. *Fide non minus laute nos pascimus participatione Corporis Christi, quam qui Christum de calce detrahunt.* 2. Petrus Martyr: *Quia, Ioann. 16. Expedi vobis, ut ego vadam: Ergo corporalis præsentia non expedit.* 3. Quia Baptismus confert gratiã ac vitam spiritalem, licet aqua non mutetur in Sp. Sanctum: ergo & Euch. 4. Corporis præsentia nullo sensu perceptibilis est, sed fide solâ: ergo huic nil opus est. 5. Qui Christum in signis cum fide percipiunt; verè communicant; qui sine fide, nullum fructum ferunt; ergo præsentia inutilis est. 11. 6. Absurda plura consequuntur ex reali præsentia: scilicet Christum cadere humi, ventre consumi & egeri; à muribus arredi. &c.

AVTOR. Voluit, Fecitque Deus ut Christi Corpus presens in Eucharistia adesset. 1. Quia omnes hæresios conditiones in contrariam conueniunt sententiam: sc. *Autorem* habet certum ea *Nequitias Berengarium* Andegau. Archid. eam apertè professum sub annum MLL. in Gallia; pauperes scholares datâ stipe ad contentiendum pellicentem: Ad quam Ecclesiæ admiratio, ac pe turbatio conciebatur; *contradictio* item, *Examen, Iudicium, & Condemnatio* sub Leone IX.

At nostræ sententiæ ac fidei cõstat *Antiquitas* à Christo ad Apostolos, ac porro vltq; huc. 2. Constat vniuersæ Ecclesiæ *Consensus*, per omnes ductus AEtates. 3.

Pp

In

In pluribus *Conciliis* ea discussa est hæresis: in Vercellensi, Turonensi, in quatuor Romanis, sub Leone IX. Nicolao II. & Gregorio VII. ter eam ciurante Berengario: Inq; Viennensi, Constantiensi, Tridentino. 4. Ecclesiæ fides hæc claruit *S. Patronis* innumeris, vt S. Antel Bern Malaschia, Dominico, Francisco, Antonino, Thom. Aquinate. &c.

5. Sacramentarii verò sacri semper & intestabiles fuerunt Berengarium moribundus S. Fulbertus vidit humero ferre diabolū: At Calu. *admon. ult. ad Westph.* eum suum agnoscit parentem; tum suspectum sibi, si quis eum Papa approbasset: Atqui ter perierum, mirè superbum, docentem insuper matrimonii dissolutionem, vxorum communitatem, & infantes non baptizandos. Infelices exit<sup>9</sup> Wiclefi, Carolst. Zyving. Caluini. &c. sat constant, nec vllis ii miraculis clari. 6. At præsentiam veram veris Deus attestatus est miraculis multis. *Bell. l. 3. c. 8.*

DICO AD I. Multa haberi, fieriq; aliter poterant; quæ tamen Deo placuit SIC fieri, & non aliter. Vt poterat sine Incarnatione, Passione. &c. nos redimere; at sic voluit, vti fecit. Et realis præsentia fides magis excitat charitatem, deuotionē. &c. quàm absentia cogitata. Nam Christi cōtact<sup>9</sup> quoq; saluti fuit infirmis.

AD II. Ibi non agitur de præsentia Sacramentali; sed de personali & mortali Viatoris Christi; hæc vtilior erat eius ascēsis. Sic *Cyr. Theoph.* Expediebat autem ab sensuali conuersatione Christi ablatari Apostolos: Ita Aug. Bern.

AD III. Disparia sunt ea: nam Euch. est Sacram. refectiois, & mutationis, & miraculū miraculorum, & causa resurre-

ctionis ex contactu. Ita Hil. Cyr. Arbitissima solum est ablutionis.

AD IV. Tangitur Corpus Christi, mediantribus speciebus, sensu; at immediatè, fide.

AD V. Spirituali Communione est vtilis: at non instituta, nec præcepta, vt realis & corporalis.

AD VI. Illi sunt euentus, casusque specierum non Corporis Christi: & absurda indignaq; Christiano est obiectio. Vide *Bell. l. 3. c. 10.*

## QVÆSTIO LII.

*Quis est Corpus Christi Modus Existendi in Eucharistia?*

LUTHERVS quatuor asserit. 1. de Capt. Bab. e. de Euch. Panis maneat, an nō. cum Corpore Christi in Euch. defendi vtrūq; potest cura hæresiu: Vide possibilia Transubstantiatione non est articulus fidei. 2. Corpore conformis est, Mater panem. 3. Vera propositio est Panis est Corpus Christi: ceu vera hæc, Christus homo Deus: Quæ est Impanatio Roperi, & Parisiensis.

LUTHERANI tam en negant Unionem personæ Christi cum pane, contra Ruper. ū & Paris. Itaq; contra Bereng. 4. In *Confess. de Cæon.* Corpus Domini per Unionem ad Verbum id assecutus est, vt sit, vberumq; Verbum est, id est, Vbiq;: quare etiam in pane Conuertitur.

LUTHERANI plures sequuntur hoc quatuor in Vbiq;: Pauciores, tria pro ora tenent.

SVASIONES vide *infra quæst. 14. 55.*

CALVINISTÆ vociferantur omnes Transubstantiationem esse sceleratam hæresin; ac prorsus impossibilem. Vide SVASIONES eorum quæstione sequente.

AUTOR. Error ū hac in causa ceterorum seriem dedi in *Geneal. p. 3. q. 13.* Catholica sententia ac Fides hæc est. Causa, cur in Euch. existat Corpus Christi, est Totalis Conuersio substantiæ panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi.

TRIA huc NOTAT Bell. ex D. Tho. quoad MODVM.

I. Ad veram Conuersionem requiritur quatuor. I. Vt, Res conuersa desinat esse:

si Composita sit si, vt vxor Lothi desit  
cōpositum esse: si partes eius sint cōposi-  
tæ, desinant partes esse: vt fit in Euch. 2.  
Vt *Res alia succedat* in locū desiti: cætero-  
quin foret Corruptio, aut Annihilatio:  
cum termin⁹ actionis esset, Non esse rei.  
3. *Si Connexio desitionis* vnus & successi-  
onis alterius, ita vt vi Desitionis fiat Suc-  
cessio. Quia sine Cōnexionē non esset V-  
na actio, quæ *Conuersio* dicitur; sed duæ, se  
concomitantes per accidēs, sc. Annihila-  
tio vni⁹, & Creatio alterius. 4. *Si Posi-  
tium terminus* tā à quo, quā ad quem. Alio-  
quin Eucharistica *Conuersio* nil differret  
ab Naturali, ab Creatione, ab Annihila-  
tione; vt in quibus datur priuatio formæ,  
non mutatio instantanea vnus in aliud.

II. Ad verā Conuersionem fat est; V-  
num alteri succedere; siue id producat, siue  
adducatur; seu quoquo modo fiat. *Conuersio*  
n. triplex est. 1. *Productiua*; si  
terminus ad quē non existens produca-  
tur: vt aqua vinū facta est. 2. *Adductiua*;  
si terminus ad quē existat; sed non ibi, vbi  
est terminus ad quem: Vt in nutritione,  
forma cibi desinit, & in materia cibi inci-  
pit esse anima, non producit. 3. *Con-  
secratiua*; si terminus ad quē, & terminus  
à quo simul eodem in loco existant, V.g.  
duo corpora sese penetrent altero in ali-  
ud verso, vi diuina: Vt in Eucharistia.

III. *Subiectum*, in quo recipitur hæc  
Cōuersionis actio, est partim *Panis*, vt in  
quo substantialiter Mutato recipitur: *Cor-  
pus Christi* partim, vt in quo Adducto re-  
cipitur sub speciebus; sicq; Corpus Christi  
acquirat Esse Sacramētale per Transub-  
stantiationem, Ex his corruunt figmen-  
ta Lutheri, & assecularum.

QVÆSTIO LIII.

An fiat, siq; Transubstantiatio?

L V T H E R A N I, vt supra liquet, hanc possibilem et  
se annuunt; probabilemque putant: at improbabili-  
orem Scripturis asserunt: Tenent Corpus Christi esse  
in, sub, cum pane. De Vbiquitate infra.

CALVINVS *Inst. l. 4. c. 17. §. 12. 13. 14. 20.* om-  
nesq; Calvinistæ execrantur Transubstantia-  
tionem: canitque triumphum contra nos  
Caluinus, pro sua Meronymia.

SVADENT istis, quæ Kemnitius ex Luth.  
& Caluino collegit. 1. *Vox Transubstantia-  
tio* noua, barbara est: ergo & res. 2. *Vox ea*,  
iuxta Andradium, Scotum, &c. non est in  
Scripturis, nec in Symbolo; nec S. Patres ad  
eius dogma cogunt: At nil pro articulo fidei  
recipiendū, nisi in S. Scriptura expressū: ergo  
nec Transubstantiatio. 3. In Scriptura voca-  
tur Euch. panis ante benedictionem: Mat. 26.  
*Acceptit panem*: Et de ipso ait: *Hoc est Corpus  
meum*. Sicut, Lucas & Paulus ait, *acceptit cali-  
cem, benedixit, & dedit*: Ergo vt calix vini est  
calix Sanguinis: ita panis est Corpus Christi.  
At panis non potest esse corpus, nisi sit panis;  
nec vinum Sanguis, nisi sit vinum.

4. Euch. est Sacramentum: at, si desit sub-  
stantia panis, tollitur ratio Sacramēti. 1. Quia  
Verbum, accedens ad elementum, hoc non  
annihilat, sed facit Sacramētum; Transubstā-  
tiatio autē annihilat panem. 2. Signum visi-  
bile panem, facit spectrum panis, & iudificat  
nos. 3. Tollit analogiam Sacramenti dupli-  
cem; Vnam, vt panis nutrit: Alteram, vt ex  
multis granis constat: ita & Corpore Christi  
nutrimur, & vnum Corpus efficiuntur.

5. *Petrus Martyr*: Dicens, Ioan. 6. *Ego sum  
panis*, se non mutauit in panem: ergo dicens,  
*Hoc est Corpus meum*, non mutauit panem in  
Corpus suū. 6. Idem. Non potest panis to-  
taliter desinere, quin annihiletur: ergo non  
cōuertitur in aliā transiens substantia. Sic &  
Caluinus. 7. *Martyr, Calu. & icless.* In Con-  
cilio Rom. Nicolaus II. *de Conf. dist. 2. c. Ego  
Bereng.* dicitur, Panis post Consecrationem  
est Sacramentum: Est verum naturale Cor-  
pus Christi: Et hoc sensualiter manibus tra-  
datur; teritur dentibus: Idque non solum  
P p 2 fit

fit in symbolo, sed etiam in Rei veritate. 8. Transubstantiatio aperit fenestram Marcionistis, Valentino, Eutycho, Machom. &c. qui Corpus Christi phantasticum esse fingebant: cum Corpus Christi inuisibiliter volitare per innumera loca doceatur; & sensus falluntur circa sensibilem substantiam, qui panem esse iudicant. &c.

AUTOR. Verè esse Transubstantiationem S. Scriptura docet in meo *Antichristop.* 3. q. 21. 2. Docet errorum circumferentiam refutatio, in mea *Geneal.* p. 3. q. 13. 3. Docet Antiquitas, Consensus vniuersalis, infra quaest. sequente. 4. Docet *Rationis Congruentia* duplex.

I. Quia congruum fuit, ut substantia panis abesset. Cur? 1. Quia, cum Corpus Christi maneat sub accidentibus, non ut in vase, vel loco; sed ut prius substantia panis; (nisi quod non informet, uti hęc) ideo mouetur ad motum accidentium, & his corruptis, esse ibi definit: Idcirco, si duæ manerent substantiæ, ambæ haberent ordinem ad accidentia, & ab his, ut signis, demonstrarentur: Et sic tum ordo primarius ad ea esset substantiæ panis, secundarius Corporis Christi: tum etiam Accidentia per se primò demonstrarent substantiam panis, secundariò Corpus Christi: Quia ab illa, non ab hoc informantur. Ast id absurdum foret. 2. Ob venerationem. Nam si duæ essent substantiæ, Ecclesia foret in periculo Idololatriæ. 3. Quia simul manere cibum mentis & ventris non conuenit.

II. Quia congruum & necessarium fuit manere Accidentia panis: 1. Quia si abessent, nullum foret signum sensibile, proinde & Sacramentum nullum. 2. Quia sic maius est meritum fidei. 3. Quia

horror esset Carnem in specie comedere. 4. Quia si totum in totum mutaretur, nilque maneret commune utriusque termino, istud, *Hoc est Corpus meum*, verum esse non posset.

DICO AD I. Vide quaestionem sequentem.

AD II. Falsum est axioma Lutheranicum istud; Deinde Andræus hypotheticè loquitur. *Etsi Transubst. ex Scriptura, ut tu arbitraris, probari non possit, &c.* Non negat probari posse: ut mentitur Kemnitius. Scotus tria dicit, 1. Potuisset Deus fecisse, ut Corpus Christi esset cum pane; sed tunc minus fuisset miraculum. 2. Non extare locum Scripturæ, unde quis cogatur admittere Transubst. sine Ecclesiæ declaratione. Et verum est. 3. Ob declarationem Ecclesiæ iam liquere, esse Transubst. Errat autem in hoc: quod ante Conc. Lateran. non fuerit dogma fidei Transubstantiatio.

AD III. Ut supra. *Hic calix*, demonstrat rem contentam: ita & *Hoc* rem contentam; stantibus in utroque accidentibus, sed in mutatâ substantiâ. Dicitur tamen etiam post Consecrationem *Panis*, Quia fuit, retinetque speciem, & effectus in cibando; Vel quia more hebræo omnis cibus dicitur panis: ut *Manna*.

AD IV. Substantia panis non pertinet ad rationem & significationem Sacramenti; sed Accidentia, ut signa; quibus per accidens est habere substantiam, vel non; in hoc miraculo. Proinde Materia manet, quatenus est opus, sc. in sensibilibus accidentibus, non in substantiâ. Manet & Analogia panis, quæ est, non corpora-

poraliter nutrire; sed significare nutritionem spiritalem per Corpus Christi. Sicut non opus erat, esse veram columbā, quæ sp. Sancti realem præsentiam representabat: analogiæ sat erat species externa.

AD V. *Ioann. 6.* loquitur de pane cœlesti, qui est *Vinus, Vita*: non de triticeo; ideo non opus erat mutatione; sed pro eodem supponit ista, *Ego, & Papis*: Atqui *Matth. 26* demonstrat diuersa per *Hoc*, sc. species & Contentum.

AD IV. Nihil annihilatur; substantia esse definit; accidentia manent.

AD VI. Vera omnia; sed hæc in signo, illa in Contento fiunt.

AD VIII. Contrariæ conditiones sunt in Christi Corpore, & in phantastico. Hoc enim videtur oculis esse, quod in se non est; at illud non videtur sensib<sup>9</sup> esse, quod est; ideo potius per id refutantur ij hæretici.

Neque Essentia accidētis est, (nisi naturaliter, iuxta Arist. At iuxta aliquos, nec naturaliter), inhærere subiecto actui, sed ordinari ad inhærentiam, ob existentiam eorum, à qua differt essentia. &c. Ordo autem accidentis ad substantiam est triplex: I. *Essentialis*; quia est ens imperfectum; ideo eius esse est inesse; quatenus respicit substantiam. 2. *Potentialis*; quia appetit inesse: & hæc proprietas est posterior illius essentiæ. 3. *Actualis* inhærentia, seu existentia. Vnde nulla est contradictio, suspendi accidentium naturam & proprietatem potentiæ diuinæ.

#### Q V Æ S T I O L I V.

*An Transubstantiatio sit nouum commentum?*

**L**VTHERY *lib. de Capt. Babyl. c. 2.* affirmat inuentum esse S. Thomæ, & Thomistarum; approbatu ab Innocentio III. c. firmiter, in Concilio Lateranensi.

**M**ARTYR, *lib. contra Gardin.* Innocentium III. id excogitasse ait anno 1215. Græcos ab ea voce semper abhorruisse. CALVINVS *Inst. l. 4. c. 17. §. 13.* Tempore S. Bernardi nondum id orbi innotuisse. Kemnitius, *part. 2. Exam. Sess. 13. c. 4.* Tempore Lombardi nil certi de eo in Ecclesia constituisse ait, iam primum in Concilio Tridentino esse definitum.

**A**V T O R. I. Res Transubstantiationis ipsa inde à Christo manat, mansitque semper. I. *Ætate*, S. Iustinus *apologia 2.* ait cibum, quo pascimur, esse Carnem Christi. S. Irenæus *l. 4. c. 14.* *Constabit eum Panem, in quo gratia acta sunt, esse Corpus Domini.* II. *Ætate* Tertull. *l. 4.* in Marcionem. *Panem Corpus si-um facit dicendo, Hoc est Corpus meum.* S. Cyprian *Panis discipulis datus, non effigie, sed naturâ mutatus omnipotentia Verbi factus est Caro.* III. *Ætate*, Cyr. Hierosol. Ambr. Greg. Nyss &c. IV. *Ætate*, Chryl. Aug. Cyr. Alex. Euf. &c. V. *Ætate*, S. Remigi<sup>9</sup>, in *1 Cor. 10.* VI. *Ætate*, S. Greg. VII. Beda, Damasc. VIII. Theophyl. Strabus, Alcuinus, &c. IX. *Ætate* S. Fulbertus Carnot. Atque isti ante Berengarium floruerunt, docentque realiter Transubstantiationem.

X. *Ætate* contra Berengarium scripserunt idem Lanfrancus, Adelmānus, Hugo. Lingo, Guitmundus, Anselmus. XII. *Ætate*, Algerus, Petr. Cluniac Qui omnes ante Innocentium III. floruerunt.

II. Res Transubstantiationis definita sub anathemate fuit in Conciliis ante 500. annos. I. In Concil. Romano sub Nicolao II. anno 1060. abiurante ibi

Pp 3 Beren-

Berengario suam hæresin: teste Lanfranco, Guitmundo, Anselmo. 2. In Concil. Rom. II sub Greg. VII an. 1079. (teste Tho. V Vald. 10. 2. de Sacram. c. 43.) Berengario relapso resipiscente.

3. In Conc. Lateran. Generali & porro etiam *Vox Transubst.* est usurpata sub Innoc. II. anno 1215. 4. In Conc. Ro. III. anno 1413. contra VVicleffum: Item in Constantiensi, anno 1414. Item in Conc. Florent. anno 1439. consentientibus in id Latinis & Græcis.

Vnde patent mendacia superius posita Sectariorum.

#### Q V Æ S T I O LV.

*Vbiquitas stabiliat, an euertat Sacramentum Eucharistiæ?*

**L**UTHERVS, vt supra quæst. 52. vult, Corpus Domini per Vnionem ad Verbum, id affectum esse, vt sit vbi & Verbum est, scilicet. Vbique. Consentient ei plures Lutherani, cõ, vt nec in Sacramentariorum incendant opinionem.

SVADENT istis; præter alia supra par. 1. quæst. 25; 26. 3. Lutherus, quod verba, *Hoc est Corpus meum* firmiter stant, Ex eo, quod Christus sedet ad Dextram Dei, sequitur euidenter, Corpus Christi in pane esse, etiam si hæc, *Hoc est Corpus meum*, nec dicta à Christo, nec scripta fuissent. Quare cum ex Vnionem hypostatica Corpus Christi sit vbiq; , certè fuit etiam in pane; Symbola tamen sunt ad id instituta. 2. Opus verò est Eucharistiæ; quia licet Corpus Christi sit vbiq; , non tamen capi vbiq; posse, sed tantum in re à Christo instituta in qua vult quæri, non vbiq; . Nam est etiam in laqueo; non tamen debeo idcirco inserere collum. 3. Schmidelinus libro contra Spelingium. *Corpus Domini non est in Eucharistiæ extra usum; non intelligitur de præsentia; sed de distributione; quia non distribuitur extra usum.*

**A**VTOR. Præsentia Corporis Christi in Eucharistiæ est vi Consecrationis; quam reiicientes Lutherani confugerunt ad Vbiquitatem chimericam: quæ refutatur istis. 1. Quia ea stante, Eucharistiæ non est Sacramentum. Nam

Sacramenta pendent ex Institutione Christi, ritum & verba præcipientis: at qui Corporis Christi præsentia, iuxta istos, pendet ex eo, quod sedet ad dextram Dei: ex Vnionem hypostatica; & non ex vi Consecrationis seu Institutionis: Ergo Vbiquitas euertit Sacramentum.

2. Quia ex Vbiquitate sequitur, Christum non posse manducari ore corporali, sed tantum spiritali energicis; idque solùm piis. Nam quod est vbiq; , moueri nequit aut transire aliò; vt Deus: ergo Cœna est superuacua, aut spiritalis manducatio Sacramentariorum est astruenda: quam execrantur Lutherani. 3. Non opus foret adire templa communicandi gratia. &c. quia vbiq; adest, etiam ante dicta verba Institutionis: ergo frustra Cœna est. 4. Docent omnes Lutherani, Corpus Christi adeste solum in Vsu; non ante, non post eum: At si vbiq; est; adest etiam ante & post usum.

5. Quia fatentur Vbiquistæ se coactos inopiã rationum, confugere ad Vbiquitatem: ita Brentius *libr. Recognit.* ne cogatur admittere Consecrationem. 6. *Illyric. lib. de mystica Cœna*, ait, oportet admittere Christi præsentiam in Ecclesia; vt sit Caput Ecclesiæ in terris Humanum; ne debeat admitti Papa.

**D**ICO AD I. Ex hoc incidunt in symbolicam synaxin Sacramentariis; quippe Symbola sola pendere aiunt et institutione Christi, quatenus significant Corpus Christi.

**A**D II. Quod vbiq; est, vbiq; capi potest: Quia implicat, vt habeam panem & non habeam in eo Corpus Christi vbiq; præsens. Neque, vt ait Brentius, Cœna habetur definitiue ex instituto; extra



extra eam est personaliter; Nam ille modus astruit solam efficaciam Communionis cum Sacramentariis.

AD III. Etiam extra usum Cœnæ distribuitur, cum sit ubique in omni re, quam distribui contingit.

## VII DE EVCHARISTIA SACRAMENTO seu COMMUNIONE.

### QVÆSTIO LVI.

*Eucharistia an sit Res Permanens; an Actio transiens?*

**L**VTHERO Martinus Bucerus, teste Cochleol. 3. *Miscel. tract. 8.* anno 1536. persuasit, In Eucharistia non esse Corpus Christi, nisi dum sumitur: ac proinde Sumtionē propriē esse Sacramentum. Rati, sic Lutheranos & Zwinglianos reconciliandos fore. At irrito euentu. LVTHERANI, Melanchthon, Brentius, Kemnitius, &c. Item CALVINIANI cum Caluino, *Inst. l. 4 c. 18. §. 37. 39.* Martyr *lib. contra Gardin.* &c. idem attulerunt commentum; quod ad Orthodoxam Eucharistię Adorationem illud valere destruendam cernunt.

CALVINVS tamen, Martyr, & Illyricus volunt, tunc solum esse Sacramentum, cum acta sumitur: Vt Baptismi aqua, dum affunditur: Non, dum ad ægros defertur.

LVTHERANI v. d. v. Kemnitius (quo S. Patrum eludat testimonia) volunt esse etiam, dum ad ægros defertur, in mediā Cœnā; Quodam quoque post triduum manere aiunt Sacramentum.

SVADENT istis. 1. Quia sic Institutio est facta. 2. Sicque est cum Baptismo. 3. Nec S. Patres sunt alieni. II. Caluinus *Qui sic faciunt*, sc. asserunt Euch. *habent Veteris Ecclesię exemplum; Fator. Verum in re tanta, in qua non sine magno periculo erratur; nihil su-*

*tius est, quam veritatem sequi.* III. Kemnitius ea vult S. Patrum testimonia admitti, que dicunt statim à Cœnā missum Sacramentum ad ægros. IV. *Idem.* Alii Patres errarunt: 1. Sed quia ex simplicitate; ignosci potest: 2. Alios cum his non consensisse ad asseruacionem Euch. ideo Consuetudinem non fuisse Vniuersalem. 3. Et sicubi fuit, abrogatam esse. 4. Demum asseruatam esse ad manducationem, non ad superstitionem.

**A**VTOR. Eucharistia planè est Res permanens; non Actio transiens. Docent id verba Institutionis: *Hoc est enim Corpus meum.* I. Hoc dictum fuisse Verum necesse est; at ante manducationem dictum fuit. II. Fuit dictum, vt causa manducationis: q. d. ideo *manducate; Hoc est ENIM Corpus meum*: scilicet, maximum Sacramentum; eoque sanctius motiuum, Præceptum est, *Manducate: Simul Hoc est enim Corpus meum Exhibito Rei est; Non Promissio, vt Caluinus finxit: Hæc enim futuri est, non præsentis boni.*

III. Benedictio, rem communem faciens benedictam & sacram, est Actio per se perfecta; cuius Opus est Res rerum sacrarum sacratissima Corpus Christi: 1. *Cor. II. Panis, quem frangimus, nonne Communicatio est. &c.* At istud est permanens, ad Communionem manducandam ordinatum, duratq; dum species perdurant: quibus corruptis, esse desinit.

IV. *Manducate*, præcepit; sed non addidit, continuè post Benedictionem *Manducate*: quod ergo Verba Institutionis non definiunt tempus manducandi; ecquã Scripturâ Sacrà docete definiunt Sæctarii, Manducandum esse simul ac benedictio facta est? Vnde docent; Benedictionem, & Manducationem vnã esse Actio.

Actionem Cœnæ debere? Nos duas esse docemus, Benedictionem, Sacrificii; Manducationem, Sacramenti.

V. *Accipi, Benedici, Frangi*, sunt Sacrificii, seu, ad Esse Sacramenti faciūt. *Distribui, & Manducari*, ad Usū Sacramenti spectant; Atqui Essentia rei, & Usus eiusdem nullam habent necessariam connexionem: ergo neque in hoc Sacramento. Proinde diuerſæ sunt actiones Rei permanentis tam extra Usū, quam in Usū præsentis. Iam ut essentia illius est accidentarius; Usus manducationis ita & Reseruatiōis, Supplicationis. &c. est; ut sine quo sit Res nihilominus permanens ac per se subsistens. Hactenus ex Institutione probatio ducta est.

VI. Iam Baptismi & Eucharistiæ disparitas docet eandem Permanentiam. Quia in Baptismo non est Res permanens; sed Actio, quæ sit & dicatur Sacramentum: at in Eucharist. non est Actio, sed Res permanens, quæ sit Sacramentum. *De Baptismo*: quia non Aqua est Sacramentum sola; Non Forma super Aquam dicta; sed Actio per hæc circa baptizandum. Liquet. *De Eucharistia* verò: 1. Quia, *Modus loquendi* omnium is fuit, ut nemo Fractionem, aut Benedictionem, aut Distributionem, aut Manducationem, vocarit Eucharistiam; sed rem permanentem; Ut Iustinus, Panem sanctificatum, Cibum. &c. Quem dicunt Patres offerri, Confici, Portari. &c. quæ conueniunt Rei permanenti, non Actiōi: Quem conferunt etiam cum Verbo Incarnato. &c. 2. Actio nulla est, cui tota ratio Sacramenti conueniat: Nam *Manducatio* est suscipientium; at horum actio non constituit Sacramen-

tum. *Benedictio* seu *Consecratio* est Ministri, qui facit esse Sacramentum; sed non est ipsa illud. *Fractio & Distributio* non sunt signa gratiæ inuisibilis; ergo nec Sacramēta. At *Pani Consecrato*, ut rei permanenti, patet conuenire definitionem Sacramenti: ergo & est Sacramentū VII.

Docent idem S. Patres apud *Bell. l. 4. c. 4.*  
DICO AD I iam liquet ex dictis.  
AD II. Idagat ipse, quod rectè iudicandum: at contra it.

AD III. At istud solus dicit S. Iustinus: reliqui Asseruatiōem quoque iubēt, aut docent. 2. Christus nec detulit ad absentes Eucharistiam, nec iussit: unde iubet Kemnitius? &c.

AD IV. 1. S. Cyprianus corripit rudes Sacerdotes, ex simplicitate errantes contra Usū communem. 2. Mentitur alios Communi Consuetudini non consentisse. 3. Abrogatam fuisse etiam mentitur: Itemque & 4. Asseruatiōem Eucharistiam ad māducationem solam. *Bell. c. 15.*

#### QVÆSTIO LVII.

*Ecqua debita sit Eucharistia Materia Panis?*

LUTHERANVS Illyricus *Cent. 11 cap 8* Schismaticorum in hoc & Latinorum ita d. tribuunt etiam dei Græcis. Hæc Lutherani & Zwingliani fermentatum putant apertorem azymo.

CALVINVS *Inst. l. 4 c. 17. § 4*; ita 1. Sum deque esse utro utaris. 2. Fermentatum sum durasse à Christo ad annum 125. 3. Alexandrum Papam instituisse azymum. Sic & Kemnitius *par. 2. ad Sess. 22 c. 7* Calvinista hinc fermentato utuntur omnes: Ut & Graeci Schismatici.

SVADENTISTIS. 1. Matth. 26. *Non in die festo. &c. sc. Paschæ. Marc. 15. Ioseph syndonem*

ne mercatus est; Mulieres, *Luc. 23.* pararūt aromata. Iudæi criminalem causam egerunt: quæ in festo vetita. *Ioann. 13. Ante diem Pascha.* *Ioann. 18. Non introierunt prætorium, ut manducarent Pascha.* *Ioann. 19. Erat autem parasceue Pascha.* Ergo die profano Cœna peracta est in fermentato.

2. Patesita docent ex *Deut. 16.* Agnum immolandum ad Vesperam luna XV. ergo Dominus XIV. cœnauit in fermento.

3. CALVINUS. Primitiua Ecclesia vsque ad Alexandrum vsa est fermentato in Cœna.

4. *Græci.* Dominus accepit Panem: at azymus non est panis: Et azyma, Iudæorum est; proinde in hac Cœnare est Iudaizare.

5. Pentecoste celebratur die quinquagesimo ab secunda azymorum: at eo anno venit Pentecoste in Dominica; ergo & secunda azymorum: ergo prima fuit feria VI. proinde Dominus cœnauit in fermento feria V.

AUTOR. Panis Azymus est Eucharisticus; vt in quo Dominus cœnauit Luna XIV. ad vesperam feriae V. cum qua incepit Luna XV. feria sc. VI. solennis Pascha. 1. Sic testis S. Scriptura in meo *Antichristop. 3. q. 23.* 2. Omnes ferè S. Patres dicunt Christum celebrasse Pascha die XIV. vesperi, captumque noctu; testibus Euangelistis, *Ioann. 13. Ante diem festum, sc. Luna XIV. sciens Iesus. &c.* pridie Passionis. *Ioann. 18. Nobis non licet interficere, sc. ob festum diei XV. feriae VI.* Ita Patres Chryl. Cyr. Aug. &c. 3. S. Patres dicunt occisum Christum ipso die solenni Pascha Luna XV. at hæc cœpit pridie vesperi, sicque *Gen. 1. Factum est vespere & mane dies primus.* 4. Asiani egerunt Pascha cum Iudæis: (teste *Cœcilio Nicano.*) Luna XIV. ad vesperam: vt & iudaizantes Quartodecimani. 5. Orthodoxi ideo, si Luna XIV. veniebat in Dominica, dicebant Pascha in se-

quentem Dominicam; vt & hodie; ne iudaizemus.

DICO AD I. Fuit ea quorundam sententia: at altera vicit, vt in festo crucifigeretur. Opera autem pietatis non prohibita erant in festo; sed seruilia, & in Sabbato maior quies erat præcepta, quàm in festo. Luna XIV. autem erat *Ante diem festum* artificialem, sc. feriae VI. Et hæc XV. immolatos boues & oves manducabant Sacerdotes; qui Pascha sunt, *Deut. 6.* Agebantque eadem paraceuen in paschâ, sed non ante pascham: nam ad Sabbathum ea agebatur: *Ioann. 19. Propter parasceuen, ne remaneret in cruce Sabbatho.*

AD II. Quidam Patres, ad vesperâ, sc. mundi, intelligunt. Quidam Lunæ XV. vesperam; quâ & agnus typicus, & Christus est immolatus; qui pridie, initio Lunæ XV. finitâ XIV. cœnarat.

AD III. Dicit: at nullo docebit auctore; nam fingit. Leo IX. acerimus Lunæ XV. defensor vsus Ecclesiæ inde à S. Petro reperit; non ab Alexand. I. cœpit, qui sedit anno 121.

AD IV. Rebus iisdem vt cum Iudæis, non est iudaizare; sed eodem vt ritu & fine.

AD V. Pentecostes dies numerandi sunt à primo die profano azymorum: proin, si secundus azymorum incideret in Sabbathum, tunc à tertio numerabatur: Et sic accidit anno Christi passi.

#### QVÆSTIO LVIII.

*An Materia Vini sit miscenda Aquâ ad S. Synaxin agendam?*

LVTHERANI & Calvinistæ, ecu Armeni, nero meracissimo vtuntur in Cœna,  
Qq abf-

absque aqua. Lutherus l. contra Regem Angliæ, anno 1512 fatuos vocat aquam vino miscentes: cum sit merum sumentum humanum; & pessimam habeat significationem. Kemnitius part. 2. in Sess. 22. Can. 7. ait esse indifferens; cum incertum sit, an Dominus vinum aquâ miscuerit: proinde miscere nil necesse esse; nec præcipi ab Ecclesia posse.

CALVINISTÆ aiunt, ut Richerus, ess. hæreticos, sacrilegos, falsarios, qui miscent aquam, & sua commenta Evangelicæ puritati.

SVADENTISTIS. I. Lutherus & Kemnitius. Quia pessima est significatio, Isa. 1. Vinum tuum mistum est aquâ, id est, ait Hieron. Verbi sinceritas corrupta est. 2. Quia, quod ex latere Christi fluxit Sanguis & Aqua; ratio non probat miscendam aquam in calice: quippe significat Baptisum & Eucharistiam, ait S. Ang. tract. 120. in Ioann. Vide Geneal. p. 3. q. 14.

AVTOR. Miscere vinum aquâ in Sacramento Calicis, probabilius non est de necessitate Sacramenti: etsi improbabilius pauci esse aiant: Attamen, non miscere, grande peccatum est. 1. Quia Dominus vinum aqua mistum consecrauit: (quod probabile Kemnitio pro more nationis. Malè) Nam sec<sup>o</sup> fert Traditio. Scriptura enim solius Calicis meminit, non vini, non aquæ. &c. Nisi ibi: Non bibam de hoc genimine Vitis. &c. quod dixit Dominus ad esum agni; non ad Eucharistiam; secundum potiore Patrum sententiam. Traditio autem constat ex Liturgia S. Iacobi in Cone. Trullano: non ex Clementis Const. l. 8. cap. 17. ex Irenæo, Cypr Basil. &c. qui ex omni natione, misturam non tribuunt mori nationis, ut Kemnitius.

2. Quia, Ioann. 19. Ex latere Christi

exiit sanguis & aqua. Chrylost. hom. 24. in I. Corinth. Quid est in Calice? Quod ex latere fluxit. August. Ambros. &c. 3. Quia Eucharistia significat V. nionem Christi cum Ecclesia, ut vini cum aqua. Sic Cypr. Euseb. Isid. &c. 4. Quia Eucharistiæ typus fuit, non solum Genes. 14. Panis & Vinum Melchisedech: sed etiam aqua Petræ, 1. Corinth. 10. Ita Ambrosius, Euseb. 5. Quia significatur sic duarum in Christo naturarum Vnio. Sic Niceph. l. 18. c. 15.

DICO AD I. In Scriptura res eadem sæpe contraria significant; ut Gen. 49. Carulus leonem Iuda. Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda. Contrà, Pla 90. Conculcabit leonem. Ita hic.

AD II. Ista significant rectè: & etiam significatur per mixturam calicis eadem profluxio sanguinis & Aquæ. Quæ obstrepunt alia, liquent ex dictis.

#### Q V Æ S T I O L I X.

Qua FORM A conficitur Eucharistia?

LUTHERO-CALVINISTÆ in hoc contentiunt, ut Ecclesiæ Catholice sententiam non integè admittant. Cetera, dissentiant.

LUTHERANVS Martin. Bucerus in Mart. 14. verba Institutionis recitari necessarium negat: Quod Sacra Scriptura non id doceat vel iubeat: Habentque sectatores, teste Kemnitio part. 2. Exam. ad Sess. 22. Can. 1. Kemnitius ibi d. ista: 1. Totâ Institutionis descriptio pertinet ad formam: proinde Papistæ eam mutant. 2. Sola Christi verba sunt recitanda: At Papistæ multa permiscunt: 3. Consecratio fit à Deo per os ministrum: At Papistæ volunt eum opus esse hominis consecrati. 4. Verba ea non debent recitari solum historicè, ut Calvinistæ volunt; nec magicè, ut Papistæ: sed quasi quæ, operante Deo, sint efficacia ad faciendum, quod loquantur: sic, ut verba ea fiat inuenerunt Deo, ut non ministrum: Et sic efficacia sunt, ut obis.

annuo.

annunciant, certosque reddant, distribui in Coena verum Corpus & Sanguinem Christi. Ita & Bucerus.

CALVINVS *Instit.* l. 4. c. 17. §. 19. Verba recitari vult per modum concionis seu lectionis, ad instruendam fidem; non ad consecrandum elementum. LUTHERVS *l. de Capt. Bab.* c. 1. de *Bapt.* parum referre ait, quibus verbis Sacramentum conficiatur; modò adsit fides accipientis illud: Ed, quòd Sacramenta consistant in promissione; quæ non accipitur, nisi fide. Calvinus itaque iubet præegi cœnatis, ex *1. Cor. 11.* Institutionem.

SVADENT istis. 1. Calvinus. Dominus dicens, *Accipite.* colloquebatur Apostolos, non panem: ergo referuntur non ad hunc consecrandum, sed ad instruendos illos. 2. Nusquam scriptum, recitari oportere. 3. Papiæ multa adjunct, & detrahunt istud: *quod pro vobis tradetur. &c.*

AUTOR. Eucharistica Forma hæc est ipsissima: *Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix Sanguinis mei.* I. *Contra Lutheranos* quatuor sunt certa. 1. Dominus pronunciauit hæc: testibus *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Paulo 1. Corinth. 11.* 2. Dominus iis Consecrauit: testibus eundem S. Patribus & Theologis: *Item:* Si alio modo consecrari voluisset; alio modo docuisset: At nõ Prædicauit: nil recitari iussit; nisi *Hoc.* Vnde, Sacerdos in persona Christi consecrat: ideo non dicit, *Hoc est Corpus Christi;* sed *Meum:* Quæ repetitio verborum Christi, est Consecratio per verba Christi, non per solam Voluntatem Christi, vt Lutherani volunt. Nam solâ voluntate consecrare, non est Ritu Sacramentali, sc. visibili aut sensibili: talem autem instituit Ritu pro Sacramento. Quod sine Tali facit per solam inuisibilem Voluntatē, id miraculum est. Sicut Magdalenam absoluit. 3. Dominus præcepit hunc

Ritu: *Hoc facite,* in Re, & in Verbis: Sicut & quoad Baptismum, Pœnitentiam &c. Nusquam enim dixit: *Dicite, Ego te Baptizo; aut Absoluo &c.* Id quod Bucerus postulat expressum. 4. Dominus vi horum verborum Consecrationem transubstantiauit. Quia nisi Corpus & Sanguis Domini verè *Hoc* fuisset, Verba falsa fuisse oportuit. Vnde Apostolicus ritus est ex Traditione, post Consecrationem continuo Demonstrate Rem adorandam scilicet, Iesum Christum. Hinc Græci ea verba clarè proclamant, & populus respondet, *Amen,* ac adorat.

II. TRADITIO id docet, ea Verba dici ad Panem & Vinum Benedicendum; non ad Instruendum populum: vt *Lutherani & Calviniani* volunt. Patet ex Liturgiis Clementis, Iacobi, Basilij, Chrysostomi, Ambrosij, ex Romana, quæ Sancti Petri esse censetur. Vnde Caluini ritus recitatorius, est omninò nouus, antè inauditus. *Item:* Sancti Patres dicunt Corpus Domini fieri Mystica prece, solenni benedictione, gratiarum actione: ceu ante & post hæc Verba factum in Missa.

GRÆCORVM Refutationem vide in mea *General.* p. 3. q. 15. Ex his ad Suasiones contrarias liquet responso.

DICO AD I ramen. Quod in Basilij Liturgia post, *Accipite. &c.* dicitur *Fac Domine panem istum Corpus Christi:* &c. oratio est, vt in nobis fiat cibus ad vitam, non ad iudicium. Similia vidè apud *Bellarmin. libr. 4. cap. 14.* de Additione, Detractione, Transpositione, &c. Logi; nugæ nugarum.

¶

Qq 2 Quæ.

## QVÆSTIO LX.

## Minister Eucharistia quis?

**L**UTHERVS *l. de Capt. Baby. c. de Ord.* vult omnem baptizatum habere officium Consecrandi Eucharistiam; neminem tamen id usurpare debere, nisi legitime vocatum. Putat enim Ordinationem solum necessariam ob discipulatum Ecclesie & Ordinem; *libr. de abrog. Missa.* LUTHERANI, vt Kemn. &c. timide assentiuntur ei; ob euidenciam probationum Catholicarum; & ob duo Principia Lutherana, alioquin deserenda. Primum: Sacramenta non operari, nisi excitando fidem; proinde non penderè a qualitate ministri. Secundum: In ordinatione non imprimi Characterem, da ique solum officium, non potestatem nouam; proinde qui hodie Minister est, cras nullus erit.

CALVINVS *Instit. l. 4. c. 1. §. 22. & c. 3. §. 10. &c.* præfractè negat ratum esse Baptismum, aut Cœnam, si ab alio, quàm publico ministro, detur. Ita & Bullingerus, Zwinglius; licet hic antè secutus sit Lutherum. Lutherus autem Wiclefum superauit, timentem de finire, an laico fas ministrare Sacramentum?

**A**U**T**OR. Necessè est ab ordinato Sacerdote confici Eucharistiam, vi huius, *Hoc facite*: sc. omnes Christiani manducate & bibite: soli Sacerdotes verò Consecrate, Sumite, Distribuite. Vide *Anti-christum* p. 3. q. 25. Ita docet Traditio firmata per Concilia Generalia quatuor Nicænum, Lateranense, Florentinum, Tridentinum. Per & S. Patres, S. Dionys. Eccl. Hierarch. p. 2 c. 5. *Nec ipse Sacerdos erit, nisi Pontificalibus officii ad hoc fuerit promotus.* Qui secus faxit, eum vocat S. Ignatius epist. ad Trallianos, infideli deterior. S. Clemens Const. l. I. cap. 31. *Omnia laicus sine Sacerdote aliquid tentans, frustra facit.* Idem l. 8. c. ult. Quia totis dictum Apostolis, *Hoc facite*, sicque ad alios eadem manauit potestas. Vnde Tertull. *libr. de præscrip.* ridet Marcionistas, quòd, quos hodie Clericos, cras habeant

Laicos: & hos Sacerdotalia ministrare. S. Cypr. l. 1. epist. 2. &c. negat esse apud hæreticos Eucharistiam veram, cum non sit verum Sacerdotium. &c. *Bell. lib. 4. c. 16.* Proinde in nullo casu necessitatis licuit vnquam vlli consecrare, nisi Sacerdoti

## QVÆSTIO LXI.

## Qualis Eucharistia sumta sit Effectus, &amp; sumenda Preparatio necessaria?

**L**UTHERVS passim tria asserit: 1. Effectum Eucharistia esse Remissionem peccatorum mortalium. 2. Non opus vacare culpis mortalibus; sed cum esse scripturam, qui plarium sibi conscius facinororum est. 3. Non opus Confessione ac Pœnitentia; sed fidem sufficere, quæ er. dat in Eucharistia sibi omnia esse remittenda. 1. 8. in Concione de præparat. ait: *Optima dispositio est, quæ pessimè es dispositus: tunc pessimè es dispositus, quando optimè es dispositus. Quia Christum non vult vocare iustos, sed peccatores; qui papisticis præparationibus se pollunt; &c.*

KEMNITIVS p. 2 Exam. Sess. 13. c. 2. 7. proponit primum Lutheri; secundum & tertium op. egredi præquerequit pœnitentia & pio. ositum aduersus di peccatis; vultque examinat. communicator. & Confessio Augustana.

CALVINVS *Instit. l. 4. c. 17. §. 40.* pugnatia asserit. 1. *Cibus hic sp. ritualis si in animam incidit malitiâ nequitiaque pollutam; manum illam ruina precipitat:* Proinde §. 41. fidem & charitatem requirit. 2. Contra §. 41. reprehendit nos, qui statum gratiæ prærequirimus; §. 42. Vult Cœnam remittere mortalia quæ nisi adfint, frustra sumi. *Meminerimus ait, has S. epulas agrotis esse pharmacum. peccatoribus solacium, pauperibus largitionem: quæ si in iustis, diuinitus (si qui reperiri possent) nullum afferrent opera pietatum. &c. Cum in totum detur; intelligimus nos sine ipso in nobis plures mortuos esse.*

**S**VADENT istis. 1. LUTHERANI. 1. Lutherus. Quia non veni vocare iustos, sed peccatores. 2. Calvinus: Si peccata immunes accedere soli debeant; omnes accedunt.

cebuntur. 3. Kemnitius. *Hic est Sanguis novi Testamenti*, quod includit in se pactum remissionis peccatorum. Unde; *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* 4. Kemnitius. in Liturgiis sunt preces pro remissione peccatorum. Siquē venialia deleat; cur non possit & mortalia?

**AUTOR.** Eucharistia est principaliter, nutrire animas & præsruare à peccatis; non, peccata delere. Præparatio ad eam est Pœnitentia iusta. **I** S Scriptura teste in meo *Antichristo* p. 3. q. 25. 2. Traditione, Patrūque Consensu teste. Unde in Liturgiis Diaconus proclamans, *Sancta Sanctis*, infideles & Catechumenos exire, & in expiatis non adire Synaxin iubebat teste Chryl hom. 61. ad Antioch. Iustino in Apologia. 2. Cypriano, Ambrosio, &c.

3. **RATIO** suadet. 1. Euch. est Sacramentum à cæteris diuersum; ergo & proprium habet effectum nutriendi. Nam & *Lutheranis* Baptismi est ablere originale: Absolutionis, remittere actualia: *Calu.* verò est Baptismi p fidē remittere peccata per omnē vitā facta reliquā: Ecquid igitur Cœna opus ad remissionē? 2. Quia mos peruetus est post Baptismum continuò dare Eucharistiā, teste Cyrillo Ierolol. in *Mytagog.* 3. Cū sola fides iustificet apud *Luthero* *Caluinistas*; quid Synaxi opus?

**DICO AD I.** Quos primum vocat *Christ*, iustificat; at dein seipso cibatur.

**AD II.** Ne arceantur, data potestas est remittendi prius peccata; quæ remitti absolutione certum est; at qui se sat digne disposuerit, certus est nemo.

**AD III.** Testamentum trifariam capitur; 1. Pro Voluntate testatoris. 2. Pro hæreditate cernenda. 3. Pro

instrumento literarum, quod est & signū Voluntatis, & causa ad eundē hæreditatis. Ita Eucharistia repræsntat mortem *Christi* passi, & applicat nobis meritum factæ remissionis, quam repræsntat in Commemoratione passionis.

**AD IV.** Prodest Eucharistia ad remittenda mortalia peccata nobis ignorata; Et ad persoluendam pœnam confessorum peccatorum. Et ad venialia dimittenda. Proin peccata mortalia potest delere Eucharistia; sed non est ad hoc primariò instituta.

### QVÆSTIO LXII.

*An Viraque Species sit necessaria sic, quò totus in ea sit Christus?*

**LVTHERVVS**, D. claritione sermonis de Cœna, *Non dixi, nec consuevi, nec est in sententia mea; ut unus, aut aliqui Episcopi propria autoritate inciperent alicui Viram que Speciem porrigere; Nisi ita præciperetur in Concilio Generali.* 2. In *Affert.* art. 16. *Consultem mihi videtur nunc ut non modò per Concilium, sed quilibet Episcopus, etiam invito Papa, Christum secutus in Euangelio, rursum Viramque lactis daret.* 3. In formula *M. ille;* Si quod Concilium statuerat Viramque, nos nequaquam *Viramque* vellemus; sed in despectum Concilii ac statuti, aut *Vna*, aut *neutra*, & minime *Viramque* vti vellemus, ma edictum vniuersis, qui ex potestate Concilii *Viramque* vterentur. *Cochlæus* in *Septuaginta* c. 23. notat 36. *Lutheri* hac in re contradictiones.

**II LVTHERVVS** in eadem declarat. ait. 1. Non necesse dari laicis *viramque*. 2. *Lib. Capt. Bapt. cap. 1.* Sacerdotes iure diuino teneri, ut dent *viramque*; Laicis tamen liberum esse, ut petant *vnam* *viramque*, aut *neutram*. 3. In *Affert. art. 16.* Qui *viramque* nequeunt impetrare, si omittant desiderare, impios esse. **LVTHERVANI** vigent necessitatem *Viramque*.

**SYASIONES** vide infra quæst. 65. **III. LVTHERVVS**, **AN TOIVS CHRISTVS** sit sub *Viramque*, variat. 1. *Affert. artic. 16* ait, Totum esse in qualibet. 2. In *Inform adamicum*, idem *Concomitantiam*. 3. *Lib. ad Waldenses*, frustra se torqueri aliquos ait, & dissimulat quæstionem. 1. **LVTHERVANI**, ut *Hehusius* negat *Concomitantiam*; *Harmelmannus* ait esse diabolicum inuentum; *Illyricus* item &c. 2. *Alii*, ut *Brænius*, in *Confess. Wittenb.* Kemnitius, &c. Totum esse aunt in qualibet specie:

Qq 3 si que

neque dicere coguntur ob Vbiquitatem suam. 3. Alii, ut Lutherus passim, MELANCTHONARS. 10. Confess. Aug. hanc questionem dissimulant.

4. CALVINVS cum suis Concomitantiam & ridet, & impugnat. *Inff. l. 4. c. 17. §. 18. ff. 47.*

SVADENT istis. I. CALVINVS. Quod obtendant Concomitantiam. nimis frivolum est; cum symbola, quibus includuntur, ita distincta sint. 2. §. 31. Si sua illa Cocomitantia negetur, quid facient? Quis sanus & sobrius Christi Corpus Christum esse sibi persuadeat? 3. §. 24. Dominus panem ostendens Corpus suum esse dicit: Calicem dnm ostendit, Sanguinem vocat. Humana rationis audacia contra reclamant, Panem esse Sanguinem, Vinum esse Corpus. Ac si Dominus nulla causa Corpus suum à Sanguine & verbis & signis distingueret. Et unquam fando audicium esset, Corpus Christi aut Sanguinem Deum & Hominem appellari? Sanè si designare se Totum voluisset, dicere poterat, Ego sum; non autem, Hoc est Corpus meum.

AVTOR. Christus totus est in qualibet specie. 1. Sic tria Cœcilia Generalia, Constantiense, Florentinum, Tridentinum, ex euidencia S. Scripturæ quam vide in meo *Anti-bristop. 3. q. 26* 2. Sic vniuersalis Patrum Consensus; B. Andreas ait: Agnum immaculatum quotidie immolari, & à populo māducari. Origenes: Illi dicimus, DOMINE non sum dignus. Hilarius ait: Manducatione fit, ut Filius Dei in nobis sit. Cyr. Ierosol ait, Nos esse Christophoros: summum Regem sumi; caue ne in terram excidat. &c. Quare qui Concomitantiam negant, se cadaver timere afferant necesse est. 3. Miracula crebra Veritatem Totalitatis attestantur.

DICO AD I. Symbola sunt distincta, non ideo: amen & Res: nisi quod Res diuersæ significantur.

AD II. Negentur & S. Scripturæ, & Patrum consensus, &c.

AD III. Mendacia fundit, nos dicere, Panem & Sanguinem, &c. Corpus Christi esse Deum. Denique dixit, Hoc est Corpus meum; non Ego sum; quia id expressit, quod signo representabatur.

### QVÆSTIO LXIII.

An tota Ratio Sacramenti sit in vna specie?

LUTHERANI sic ratiocinantur: Si panis & vinum sint duo Sacramenta; tunc fraudant Sacramentum, qui calicem negant. Si vnum sint; ergo dimittunt dant laicis, qui in conuiuio spiritali potum negant.

SVASIONES vide infra quasi 66.

AVTOR. Eucharistia trifariam consideratur. I. Ut pignus diuini amoris Sic in Vna specie conseruatur: quia totum Christum exhibet. II. Ut Sacrificium: Sic Vtraque necessaria est: quia id significat Christi passionem, ut cruenti Sacrificii imitatio, quæ sine effuso Sanguinis signo non representatur. 2. Deinde in Sacrificio esse debet reipla, quod fuit in typo Melchisedechano. Ideo Vnus Ecclesiæ nunquam passus est Sacrificari in altera sola: *D. Th. 3. q. 83. art. 6.*

III. Ut Sacramentum; Sic in alterutra perfectè est tota ratio Sacramenti, ita *Concil. Trident. Sess. 21. Can. 3.* RATIO. Quia in vtralibet est Significatio & Causa gratiæ: quæ omni in esse Sacramentum debent.

I. Significatio vtriuslibet est *Refectio spiritalis*, at hanc proinde vinum solum, vti & panis solus significat: potestq; alterutra species dici pars, (sed Materialis) Sacramenti, sc. Christi totius. Itaque in Scripturis Esurire & Sitire iustitiam, *Matth. 5. Eccl. 24* Manducare & bibere, vt *Ier. 6. pro eodem ponuntur: teste S. Cyr. Serm. de*



de Cæna: Aug. in Pl. 103. 2. Significatio v-  
triuslibet est Vno fidelium: Sicut vnus pa-  
nis, & Vinum è multis granis constat: Ita  
Ecclesia. 2. Cor. 2.

II CAUSALITAS par Vtriq; inest:  
quia idem Christus totus Vtrobique: Vn-  
de & quaq; species habet propria, Mate-  
riam, Formam, Act. onem; vt neutra p̄-  
deat ab altera, quin sit Sacramētum per-  
fectum formaliter; non parziale, nisi spe-  
cietenus materialiter. Ita Vniuersalis or-  
bis Christiani ætatum omnium Cōsen-  
sus. Prætulerunt ita typi, quorum hi istā,  
vt Manna, Agnus, Panes propositionis:  
isti alteram speciem præsignarunt: Præ-  
qua petra. Nec duæ species Sacramenti  
duo sunt Sacramenta; sed vnum; dum in  
actione vna sumuntur ab Sacerdote:  
Nisi sic diuideret eam actione, vt hanc  
ante, istam post prædium sumeret: quod  
nefas. Hinc patet solutio dilemmatis  
superioris Lutherani.

#### QVÆSTIO LXIV.

Par, an maior Vtilitas ex Vna, vel  
Vtraq; capiatur sumta specie?

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI  
contendunt, ex Vna minorem percipi.  
SVADENT istis. 1. Caluini Inst. l. 4. c.  
17. §. 47. Fraudatur populus magnā fide. Si-  
gnificatione: adeo clarius duæ, quàm vna  
species significat Christum totum. 2. Ge-  
orgii Casander. S. Patres tribuunt peculia-  
rem effectum Sanguini Dominico. S. Ambr.  
l. 5. de Sacram. c. 3. Quotiescung; bibes, remis-  
sionem accipis peccatorum et inebriaris Spiritu.  
S. Cyr. l. 1. epist. 2. Quomodo docemus, aut pro-  
uocamus eos Sanguinem suum fundere; si egi mi-  
litaturia Christi Sanguinem denegamus? 3.  
Ruardus Catholicus declaratandæ Veritatis

causa sibi obiicit: Altera species accedens,  
Si auget gratiam: ergo utilis est: Si non au-  
get; ergo verum Sacramentum non confert  
gratiam, estque frustraneum.

AUTOR. I. Quem aduersarii fru-  
ctum quærunt in Sacramentis, is tam in  
Vna, quàm in vtraque datur; scilicet. Fi-  
dei excitatio & confirmatio. Quòd velint  
Sacramenta non aliter prodesse, quàm  
significatione, & promissionem Dei re-  
præsentante. Id q̄ magis videndo, quàm  
manducando, obtinetur: cum mandu-  
cando symbolum absumatur, videndo  
manens repræsentet: Et Vltus quàm ga-  
stus, sit spiritalior, adque intelligentiam  
aptior.

II. Quem Orthodoxi fructum quæ-  
rimus, perinde capitur ex vna; sc. Gratiæ  
collatio ad salutem. Ioan 6 Qui manducat  
hunc panem, viuet in æternum.

III. Tamen, (facita esse) plus gra-  
tiæ ex Vtraque accederet sumenti; non  
tamen necesse foret, nec expediret Vtrā  
que dare omnibus. 1. Quia præstat al-  
tero bono non necessario carere; quàm  
Sacramentum periculo irreuerentiæ ex-  
ponere. Hinc desit Ecclesia pueris Eu-  
charistiam porrigere: Hinc Matrimoni-  
um & Ordo non omnibus expediunt. Et  
præstat crebrò sub vna securè communi-  
care; quàm rarè & periculosè sub vtraq;  
Præsertim cum nihil ex duabus percipi-  
atur, quod non capiatur ex Vna. Nece-  
nim Significatio, sed Causalitas rem effi-  
cit meliorem: vt supra.

DICO AD I. Absurdum est dicere  
Fructum Sacramentorum consistere in  
confirmanda fide, vt apprehensâ signi-  
ficatione moueatur animus. Nam  
sic rudiores parum, infantes nil utili-  
tatis

tatis perciperent plus ingeniosiores, nō autem meliores sed hebetes.

AD II. Et si Deo Patri, & Filio, sua enique peculiaria tribuantur; non tamē idcirco de Sp. Sancto negantur: Ita & in speciebus est: Vnde iidem S. Patres alibi eisdem effectus Sanguinis tribuūt Corpori: Ambr. libr. 4. de Sacram. c. 5. *Qui manducavit hoc Corpus, fiet et remissio peccatorum.* Cyr. ibid. ait, Martyres muniri protectione Corporis Domini debere. Ita Col. 1. *Pacificans per Sanguinem Crucis.* Infrā: *Reconciliavit in Corpore Carnis.* Ad quod effectum eum tribuunt nō speciebus, sed Contento.

AD III. Similiter posset quis argumentari de particulis S. Hostiæ: At male. Nam non species, sed Contentum confert gratiam: hoc autem utrobique idem est. Et cūm utraque sumitur, est actio vna functionis perinde, ut cūm vna percipitur: sicuti & est Res vna vel sub mille particulis data.

Q V Æ S T I O LXV.

*An Communio sub Utraque sit Præcepta à Christo?*

L V T H E R V S, ut supra q. 62. Sæpius dicit, Permissio em esse diuinam, nō præceptum: L V T H E R A N I tamen, ut Kemnitius, &c. esse præceptum contendunt.

C A L V I N V S Inst. l. 4. c. 17. §. 17. ait. *Edictum aeterni Regis est, ut omnes bibant.*

S V A D E N T I S T I S. 1. *Melanct. in Apolog. Confess. Aug. & Kern.* In voce, *Fractio panis*, per figuram Intellectionis significatur & altera species: Vti & *Ioann. 6.* dum quater fit mentio panis solius. 2. *Kemnitius.* In *Emaus* sub Utraque communicatum est, teste *August.* *Verè in fractione panis Christum agnoscit, qui non sibi indicium manducat & bibit.*

Neque ibi dixit; *Hoc facite*, licet vnam porrexisset solam. Plura questione sequenti.

A V T O R. Utraque non est in præcepto diuino.

I. Quia typi plerique sunt de vna: ut Lignum vitæ, *Genes. 2. 3.* Agnus Paschalis, *Exod. 12.* Manna, *Exod. 16.* Panis propositionis, *1. Reg. 21. Exod. 25.* Caro Sacrificiorum. *Et hō;* sint alia figuræ de potu: Non nos contendimus pro necessitate vnius, ut pro duarum Sedarii. *Dei.* Melchisedechum obtulisse Deo panem & vinum constat: dedisse verò Abraham, non constat. *Adhac,* aqua è petra data est sine cibo; non ideo Calix dandus est sine pane.

II. Doctrina, & exemplum Christi, & Vñs Apostolorum, docent vnam esse dari. Vide in *Antichristo part. 1. tom. 1. quest. 26.*

III. Vetus & primitiva Ecclesia vitam sub vna Communionem testatur trifariam. I. Quia eam nunquam reprehendit, tum in Orthodoxis: tum vel in Manichæis: qui, teste S. Leone *Serm. 4. de Quadrag.* sub vna communicabant quòd vinum ducerent se esse Draconis & quòd negarent veram Christi passionem & mortem, & Sanguinis effusionem: vnde & signum in vino reiciebant. Nec Epiph. nec Augustinus, qui eos exagitauerunt, hoc in eis carperunt.

2. Quia moris erat Eucharistiam deferre secum domum, & sumere cūm libuisset. 3. Quia Manichæi, ut hæretici tegerent, sub vna cum Orthodoxis communicabant Romæ: teste S. Leone ibid. Qui & obseruari iussit eos, qui nunquam vini speciem sument.

IV. Ritus Ecclesiæ docent idem. *Pe. Affer.*

Afferuatio Sacramenti, Communicatio domestica, Communicatio infantum, Egrotorum, Laica, Communicatio ex Praestantificationis. Vide Bellarmin. libro 4. cap. 24.

DICO AD I. Ista Historia sic coniungit Benedictionē panis cum Distributione, Receptuque Domini; ut nullus fuerit locus calici benedicendo ac dādo; Vnde nec locus figuræ est. Augustinus verò non dicit, Christum dedisse utramque; sed agnitum in fractione panis; & huius fructum fuisse agnitionem. Cætera ex dictis liquent.

### QVÆSTIO LXV.

*Quæ argumenta sunt Vrgentium Vtramque?*

TRIPPLICIA. 1. Ex S. Scriptura. 2. Ex S. Patribus. 3. Ex Ratione.

I. Ex S. SCRIPTURA I. Bohemi. IOHANN. 6. *Nisi manducaueritis Carnem filii hominis, & Biberitis, &c.*

II. Achilles, Lutheri, Buceri, Melancthonis, Caluini, Kemniti. &c. est Marth. 26. *Bibite ex hoc omnes.* Hoc non solis dictum Apostolis est. 1. Quia non dixit *Manducate ex hoc omnes.* quod prævideret futuros, qui dicerent, datum omnibus panem, non calicē. 2. Quibus, *Manducate, iis & Bibite* dictum: Si solis Presbyteris: ergo neutra licet laicis. Si laicis quoque dictum, ergo Vtraque licet eisdem. 3. Quia pro quibus Sanguis fusus, iis dictum, *Bibite ex hoc omnes, Hic est enim Sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur.* At fusus est pro omnibus.

III. CALVINVS Instit. 4. c. 17. § 48. &c. *Velim ad quinque postulata respondeant, quibus elabi non poterunt:* 1. Quo oraculo reuelatam sit vobis hoc Solis dictum Apostolis? 2. Cur ab Apostolis ad mille vsque annos sine excep-

ptione omnes fiebant utriusque symboli participatione? 3. Cur de pane simpliciter dixit, ut ederent: de Calice, ut Omnes biberent? 4. Si Deus solis Sacerdotibus dedit utramque; quo iure datur nunc altera laicis? 5. Paulus traditionem declarat, Ut omnes promiscuè utroque symbolo communicarent.

IV. Iussit, *Hoc facite:* at Consecrauit, accepit, Dedit omnibus Vtramque. Quippe ait, *Similiter & Calicem.* q. d. ait Kemn. par ratio utriusque est.

V. Paulus post, *Hoc facite,* dixit: *De pane illo edat, & de calice bibat:* Ergo sumenda & vtraque.

DICO AD I. Vis præcepti huius in Re, non in Modo consistit. Quia præcipit medium vitæ conseruandæ, quod consistit in Corpore & Sanguine Christi sumendo; non in speciebus seu modo. Vnde declarat illud *Nisi manducaui, &c.* per hoc, *Qui manducat me, viuet propter me.* Deinde ET sumitur quædoque pro disiunctiua: ut *aurum & argentum non est mihi,* id est, aurum vel argentum. Demum; esto præceptum: Multa sunt Scripturæ præcepta non omnibus, sed aliquibus implenda. Ut, ait Augustinus illud: *Crescite & multiplicamini:* Ita & hoc, *Nisi manduc. &c.*

AD II. Id solis dictum Apostolis est. Quia hoc, *Omnes,* non semper vniuersalissimè capitur: Ut, *Omnes querunt, quæ sua sunt:* at non Sancti: *Omnes peccauerunt;* at non Christus: *Clamauerunt omnes, Crucifige:* at non Apostoli. Ita hîc, *Omnes,* id est, certi generis homines. 2. Alioquin dandum & infidelibus foret; aut fidelium infantibus; aut adultis fidelibus etiam abstemiis. 3. Et Marcus repugnat eo: *Et biberunt ex eo omnes,* sc. Discipuli. Nam *Cenâ: bibis eis, &c. dedit Discipulis suis &c.*

R. Man-

*Manducate: Item, Accipiens Calicem. &c. dedit ILLIS solis, qui hymno dicto exiuerunt in montem oliueti: Tunc dixit ILLIS: OMNES, vos scand. &c. De certis solis hæc omnia. DE I. Dominus dixit, Manducate ex hoc omnes: teste S. Canone Misæ: teste S. Ambrosio, & Paschasio, &c. Esto, non dixerit: Panis partem cuique dedit; & Calicem uni; qui & daret alteri, sicque porro quisque; & dixit; Bibite ex hoc omnes, ne iterum consecrare opus. DE II. In hoc: Christus non dedit laicis; ergo nec à nobis dandus eisdem calix: negatur consequentia: quia Christus dari non prohibuit. DE III. Fusus est Christi Sanguis pro omnibus, impiis & infidelibus; non tamen his dandus est.*

*AD III. I. Oraculo Matthæi, & Marci 2. Falsum assumit. Nam liberum fuit uti unam, aut utramque. 3. Patet supra de Omnes. 4. Iure diuino permissiuo. 5. Mentitur tribuens Paulo, quod non dicit: Non enim declarat Traditionem, quasi dicat Dominus, debere omnes diuino mandato utramque uti.*

*AD IV. Lucas id præceptum posuit post datum panem: post calicem omisit. Hoc, similiter, refertur ad accepit, non ad reliqua verba actionis, nam debuisset & fregisse, & distribuisset calicem similiter ut panem.*

*AD V. Sic est, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat: Vbi modum præscribit edendi, scilicet cum præuia probatione sui: Et edere ac bibere in spiritualibus idem sunt: ut fiant ambo in utroque modo. Istud, Facite, post Panem absolute ponitur; conditionate verò post Calicem; Hoc facite, quotiescumque bibe-*

*ritis. q. d. Non obligo ut semper bibatis; sed quoties volueritis.*

*II. Ex SS. PATRIBVS Luthera-Caluinisticis Suasiones & Corruptelas, vide in Bell. c. 26*

*III. EX RATIONE SVADENT sic utramque. 1. In deserto, 1. Corinth. 10. OMNES eundem potum spiritalem biberunt. Ergo & in Ecclesia sic necesse est. 2. Institutio facta est sub utraque: ergo sic & oblectanda. 3. Dominus & Apostoli dederunt calicem. 1. Cor. 10. Non potestis bibere calicem Domini, & calicem demoniorum. 1. Cor. 11. Omnes in uno Spiritu potati sumus. 4. Testamenti Christi legatum corrumpunt, qui alteram negant partem hæreditariam. 5. Finis est, mortem Christi commemorari: at hæc non perfecte significatur unam. 6. Communitas dulcissima consolatio est calicis; & hæc potuaremur? 7. Si potest tolli pars Eucharistiæ; ergo & Baptismi: ergo & Panis Cæna. 8. Datur laicis Sanguis Domini; cur ergo negatur symbolum?*

*DICO AD I. Manna & Aqua sunt eis separatim data, quodque solum Et Biberunt spiritaliter, quod ipsum manducare est: & è contra.*

*AD II. Institutio, non est Præceptio. Illa Sacrificium fuit, & Sacramentum: istud, non hoc, utramque requirit: quòd esse debuit secundum ordinem Melchisedech. Præceptum verò diuersum ab Institutione, subiungitur ad usum Panis; non Calicis.*

*AD III. Ea probant, utramque non esse illicitam, non verò esse præceptam. Ad Corinth. autem agitur de potu Spiritus, quem in Baptismo haurimus; non de potu Sanguinis in Eucharistia.*

*AD IV. Hæreditas est Christus totus in Eucharistia, non ambæ species*

ipſæ; Res, non Modus est in præcepto.

AD V. Commemoratio duplex est; Representatiua; ceu rei fit in scena: Narratiua historicè: Mortis Domini: cæ memoria prior fit in Sacrificio, representante Passionem totam: Posterior fit manducando & bibendo in Eucharistiæ Vna, vel Vtraque specie.

AD VI. Solatium idem in vna, quod in vtraque, habetur, ob Rem eandem.

AD VII. Pars Essentialis tolli nquam potest; at potest Modalis. Ut Baptismus olim fiebat totali immersione; nunc tolius capitis aspersione. Sic tolli potest panis, si detur calix: at vtrumque simul tolli nequit.

AD VIII. Dari Sanguinem, id est, totum Christum, est præceptum: at dari species ambas, non est præceptum.

CUR PRÆCEPIT VNAM ECCLESIA?

I. Quia quæ non ad substantiam Sacramentorum pertinent, ea potest ordinare Ecclesia: præsertim vbi Dominus regulam non statuit, vt seruetur certa; Ecclesiæ ibi relictum est, ordinis causa. Sic in Baptismo trinam immersionem mutauit in Vnam, Tertull. l. de Corona mil. & Can. 49. Apost. Rursus Vnã in Conc. IV. Tolet. c. 5. mutauit in trinam. Talis est ritus specierum, quæ non sunt iure diuino præceptæ; nec de Essentia Sacramenti; cum vsus rei, non attingat essentiam eiusdem.

II. Quia licitus semper vbique fuit vsus vnus, aut vtriusque: Concilium Constantiense prohibuit tolli vsum Vnius,

III. Causa Hæreticorum, vttamq; ceu præceptam, vrgentium.

IV. Sic placuit Vniformitati Consentientis Ecclesiæ; quia licuit, & expediuit.

V. Vt irreuerentiæ & effusiones cauerentur.

### Q V Æ S T I O LXVII.

Ecquæ S V M M A Breuis omnium dictorum de V N A?

I N S T I T V T I O est sub Vtraque: at non est Præceptum de Vtraq; neq; omnib<sup>9</sup> vtraq; præcepta est. Institutio autè rei & Præceptio differunt: Ut, Institutum est Matrimonium, Ordo: Prædictio. &c. at non omnibus præceptum; Nisi vt Credant, colantque; non vt vsurpent omnes. Deinde; In Vsu præcepta est substantia Sacramenti; non Circumstantia accidens: illa examussim seruanda in vsu; hæc relicta est ordinationi Ecclesiæ. Vnde nullum de Circumstantia extat præceptum in S. Scriptura: nec vllum reperiunt aduersarii: Et nos euincimus de Vna.

ECCE aduersarios: 1. HUSSITÆ quærunt præceptum, Ioann. 6. Nisi mand. &c. 2. LUTHERANI reclamant ibi de Eucharistia quicquam agi: quæruntque præceptum Luc. 22. Hoc facite. 3. CALVINVS his repugnat; vult dictum solis Ecclesiæ ministris, non Laicis: quæruntque præceptum Matth 26. Bibite ex hoc omnes. 4. MARCVS. c. 16 ad solos id Apostolos dictum ait: Qui & biberunt ex illo omnes: Et hic verè: illi erronè.

R t a II. Vsus

II. **VSVS VNIUS** à Christo comprobatus est. I. **VERBIS**, *Ioann. 6.* I. Hic verò agi de Euch. Negat Lutherus & quidam Calvinista. 2. Concedunt Hussite & Calviniste Gallicani cum Plesæo. l. 4. Euch. c. 2. Se igitur destruunt; nos confirmant; vt & tota Classis S. Patrum. 2. **FACTO**. vt *Luc. 24.* in Emaus: testi. bus S. Patribus: Textu isthic ipso & Effectu illuminationis. Et; Dominus ibi Consecrauit, id est, Sacrificauit vnâ speciem: Quod ex natura rei fit rectè: at nûc non rectè fieret; ob præceptum Ecclesiasticum. Christus ter benedixit panem. 1. Cum miraculo panes & pisces. 2. Cum Sacramento in Coena, 3. In Emaus. 3. **APOSTOLIS VSVS** fuit Vnius, *Act. 2. v. 42.* & *Act. 20. v. 7.* Ita S. Patres, & aduersarii:

Sed hi Synecdochen ibi fingunt partis pro toto.

**AT**, Cur non pariter & *Ioann. 6.* foret Synecdoche in multiplicatione panû; vt intelligeretur cados vini propinasse? 2. Lucas ter meminit benedicti panis; nunquam vini: huius vel semel meminisset. 3. Iudæi multi, recens conuersi, abstinebant à vino, *Act. 12. v. 20.* *Omnes emulatores Legis Mosaicæ, Nazaræi maxime, Act. 18. v. 18 & c. 21. v. 23.* at hi durante voto erant perseverantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione Fractionis Panis: Ergo sub vna communicarunt. **DICES** Ergo & Apostoli sacrificarint in vna. **RESP.** Esto: licebat exemplo Christi: At nunc non licet, ob præceptum Ecclesiæ: In quo cum Noruegis dispensauit Innoc. VI II. teste Volater. l. 7. Geogra. Adde **VSVS** idem Vnius durauit post Apostolos vt licitus non vt præceptus, vsque ad tempora Hussitarum.

III. **CHRISTVS TOTVS** Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate, est in vtrilibet specie idem; sed Aliter: nam sub specie panis, vi Sacramenti, est carne sola; sub vino, Sanguine solo: cetera tamen vtrobique vi Concomitantia naturalis. **CALVINISTÆ** Christum Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate esse in coelo a iunt: in Sacramento esse negant: ridentque Concomitantiam. **LUTHERANI** Quidam Calvinizant; sed Christi Carnem solam esse sub pane; Sanguinem solum sub vino: Animam in neutra. Ita Illyr. Heshuf Hamelmann Quidam Catholicizant, vt Vbiquitarii Bent Kœn. totum Vtrique in esse. Hinc isti totum nunquam accipiunt; ac proinde nihil plus quàm Calviniste: Quia diuidi Christus nequit quam mori amplius.

IV. **CAUSÆ VNIUS** permissarum, 1. Quia Totus inest Vtrilibet. 2. Ut fructus vtriuslibet ac vtriusque. 3. Multi Abstemi. 4. Loca multa carent Vno. 5. Periculum effusionis. Ob hoc vnâ licitè usurpari posse centent etiam Brentius *apolog. pro Confess. Wirtenberg.* Melancht. l. de usu Sacramēt. ait Ruthenios p vino vt posse medone, aut mullo. Si ergo iure diuino prohibitum est Communicare sub vna; cur permittunt? Si non prohibitum; cur negant vtrum vnius? At in Iure diuino dispensare nemo potest.

#### QVÆSTIO LXXVIII.

*Eucharistia sine Adoranda ac Veneranda?*

**LUTHERANI** distinguunt. 1. **EXTRA** Vnum adorat o Euch. est idololatria, Luth. libr. ad W. II. In Vnu, Quidam damnant ibi adorationem, et si; et sic

item Christum agroscent Corpore & Sanguine; Luth. ibid. Melanch. de Cœna, lly. in Confess. Antwerp. Quidam esse adorandam; Lutherus l. de verbis, *Hoc est Corpus*. Bucerus, Brentius, Kemnitius. Negant hi tamen adorandam sic, ut Catholici docent; quos ἀπολάτρεις vocant.

CALVINUS *Insti. l. 4. c. 17 § 35. &c.* cum suis omnem Eucharistiæ adorationem proclamant esse Idololatriam. Tigurini in apolo- g. fatentur, se adoraturus Sacramentum, si crederentibi Christum esse præsentem.

SVADENT istis. 1. *Lutherus*. Ad verba Cœnæ attendendum; at adoratio impedit attentionem. 2. *Calvinus*. Apostoli communicantes non leguntur adorasse. 3. Christus in omni creatura est: ergo & adoranda foret. 4. *Honorius III.* instituit adorationem: *Urbanus IV.* festum Corporis Christi: ergo humanam inuentum est.

AVTOR. Christo in Eucharistia debetur Adoratio. 1. *Deut. 6. Matt. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*: At Christus Deus & homo est in Euch. Ergo. DICES: Adorandus est, ubi est, seque adorari iussit, sc. in Cœlo, non in Sacramento: Nec enim dixit, *Accipite & adorare*. Deinde, Christus non est in Cœna; sed Corpus eius. *RESP. Ioann. 4.* In omni loco adorandus est Deus. Nec in præcepto erat, ut adoraretur; sed ut qui- eleret: rectè tamen adoratus est. Ita Adorari, est secundaria Sacramenti Insti- tutio. 2. Traditio S. Patrum iubet a- dorari in Euch. Christum. *Bellarmin. lib. 4. c. 29.*

DICO AD I. Adoratio ex verbis Cœnæ oritur, ut inde moueamur ad cæ- tantum abest, quòd impediatur.

AD II. Apostoli ut se habuerunt erga conuersantem cum iis Christum: ita & erga latentem sub speciebus. Sem- per ut Deum agnouerunt, sic & colue- runt.

AD III. Non instituit Honorius, sed monuit Prælatos, ne Christum honore sine rent fraudari. Festum Urbanus in- stituit, cuius officium id postulabat.

## VIII. DE MISSA.

### QVÆSTIO LXIX.

*Missa Sacrificium Vnde, Quid, Quotplex esse dicitur?*

LUTHERANI. Missam deducunt à voce *Mahhus* *Lzim*, *Dan. 11. Deum Mahhus Lzim colet in loco suo*. Et *Missam*, ait *Kemn. p. 2. Exansu*. robur esse Romani Antichristi. 2. Melanch. *Missam* dici vulgè ab *Missach*, id est, voluntaria oblatio.

3. CALVINUS *Inst. l. 4. c. 18 § 18*. Melanch. in apolo. *Confess. Aug.* dictam volunt à mit- tentis muneribus, quasi symbolis.

4. Missam definit Melanch. ibid. esse o- pus, quod Deo reddimus, ut eum honoremus. Et seque vult Sacrificium duplex, Propitiatoriū, seu Satisfactio pro peccatis Deū placans: Eu- charisticum, seu gratiarum actio pro benefi- ciis; ut est Fides, prædicatio, oratio, &c. & ba- na quæcunque ad laudem Dei: Et hoc proprie vult Missam esse: teste *S. Aug. 10. Ciuit. cap. 6. Sacrificium verum est omne opus bonum, quod agitur, ut S. Societate inhereatur Deo; relatum ad eum finem, quo beati esse possimus.*

5. CALVINUS ibid. Nos perpetuo Scri- ptura usu Sacrificium appellari scimus, quicquid omnino Deo offertur.

6. Kemnitius ibid. ait; Sacrificium est Ceremoni- ale quid & externum; ut in Veteri Testam. Hostiæ, ho- locausta, decimæ, &c. 2. Sacrificium Crucis mors Christi. 3. Sacrificium Spiritale interior; ut prædica- tio, oratio, lectio, mortificatio &c.

AVTOR. I. Missa, vox antiquissi- ma apud *S. Ambr. l. 5. epist. 37. Aug. Serm. 91. de temper. &c.* 1. dicitur à dimissionē po- puli. 2. Accipitur etiam pro precibus. 3. pro Liturgia ab Offertorio vsque ad

Rr 3. finem.

finem. 4. pro tota Sacrificii Actione; Et hæc propriè est Missa: Eius formalis ratio consistit in Oblatione, Consecratione, & Sumptione; quoad materiam formam, finem.

II. SACRIFICIUM est oblatio externa, formaliter; facta soli Deo, (hæc quidditas) quæ à legitimo Ministro, rite ordinato, Res sensibilis & permanens, ritu mystico consecratur, offertur, transmutatur; Quo fine? ad agnitionem humanæ infirmitatis, & professionem diuinæ Maiestatis.

III. Sacrificium legis Mosaicæ, 1. Ratione Materie, erat Victimæ animalium: Immolatio frugum, panis, salis, thuris: & Libamina liquorum. 2. Ratione formæ ac finis, erat Holocaustum; Sacrificium pro peccatis: & Hostia pacifica. 3. Ratione temporis, Iuge, & Solenne.

2. Legis Euangelicæ duplex: Cruentum Crucis: Incruentum altaris: Figuratum in lege utrumque fuit. In Cruento plura insunt. 1. Christus oblatus: 2. à Patre in mortem: 3. Patri obediens: Vt Isaac. 4. Verè occisus; vt Victimæ. 5. Sanguine effuso; vt aspersa superliminaria: 6. Sanguine nos mundante; vt Hircorum sanguine, Hebr. 9. 7. Innocens occisus: vt Agnus paschalis: 8. Insons cum latronibus depuratus; vt Hircus loco agni. 9. Crura non fracta; vt Agni. In Incruento item plura spectanda. 1. Iuge est. 2. Caro Christi editur verè; vt agni. 3. Sub specie panis & vini; vt Melchisedech. 4. Edendum à puris; vt sanctificatio filiorum Iob. 5. Sit præuia contritio; vt agrestis lactucæ esus cum agno. 6. Paratio in viam mandatorum; vt succincti lumbos.

Cruentum & Incruentum Conueniunt.

1. In Christo per modum Victimæ oblatæ. 2. In offerente, qui principalis Sacerdos est Christus. 3. In fine: nam utrobique pro peccatis. Differunt, 1. Specie externâ, hominis veri in cruce; Panis & vini in ara. 2. In ritu ac modo offerendi; in cruce per mortem realem; in ara per mysticam Consecrationem. 3. Ministro, ad aram Sacerdote; in Cena seipso. 4. In Effectu, per Crucem acquisito, in ara applicato. 5. In significatione: Nam Sacrificium Cruentum nihil typi habuit: Incruentum est representatio Cruenti: Hoc facite in memam commemorationem.

DICO AD I Rex culturus Deum Mahuzim erit Rex Aquilonis, Daniel. 1. quem Romani oppugnabunt, teste Hier. Idè alios Deos non colet, nisi Mahuzim; At nos fingimur tot colere, quot Sacerdotes. Dein Antichristum fingunt natum post annum Christi 600. at Missa cœpit anno Christi 34.

AD II. At qualis voluntaria oblatio? Infra, ad IV.

AD III. At hoc est contra omnem Antiquitatis Veritatem; quia confundit Missam cum Agapis, Conuiuuii corporalibus, seu sportulis.

AD IV. Non omne opus bonum ad laudem Dei factum, est propriè Sacrificium.

I. Quia opera virtutum in Scripturis opponuntur Sacrificio. Ole. 6. Misericordiam volo, & non Sacrificium. 1. Reg. 16. Melior est obedientia, quam Victimæ. Psal. 50. Si voluisses Sacrificium, dedissem equæ, &c. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. &c. II. Quia virtus in sola actione consistit; at Sacrificium aliquid præterea



tenibile offert Deo. Gen. 22. *Ecce ignis & ligna, ubi victima?* III. Quia actus proprius & elicitus non potest diuersarum esse virtutum: at Sacrificium est proprius actus religionis; teste Aug. l. 20. *contra Faustum, c. 21.* IV. Quia in Ecclesia vnum est propriè dictum Sacrificiū, iuxta Aug. 8. *Ciu. c. ult.* & omnes S. Patres. V. Sacrificium & Sacerdotium, propriè dicta, sunt relatiua: Hebr. 5. & 8. *Omnis Pontifex ad offerendum munera constituitur:* Ideo Lutherani propriè dictum Sacerdotium non agnoscunt; quia Sacrificium propriè dictum respuunt: At qui non omnes, qui bona operantur, sunt Sacerdotes propriè dicti. V. Altare, & Sacrificium sunt relata; at ara non est omni operi bono necessaria. Vnde contra Melancthonem Calvinus Inst. libro quarto capit. 18. §. 13. *Qui Sacrificii vocabulum ad omnes ceremonias, & religiosas actiones extendunt; quâ ratione id faciant, non video.* Quare S. Augustin. supra definit impropiè dictum Sacrificium.

AD V. Omne Sacrificium est oblatio; sed non contrà: vt vult Calvinus. I. Illud enim requirit mutationem & consumptionem. Non igitur προσφορά est θυσία aut τελική. 2. In Scripturis multa dicuntur offerri, vt aurum, argentum, fructus, byssus, &c. quæ dici nequeunt Sacrificari. 3. Quia Oblationes non requirunt altare, nec Sacerdotium.

AD VI. I. Decimæ nusquam in Scriptura dicuntur Sacrificium propriè dictum. Hoc enim soli Deo offertur; illæ autem Sacerdotibus, non Deo. 2. Ceremonialia, & externa cum Vetere

Testamento desierunt esse Sacrificia, ait verè Kemnitius: At idem contendit Baptizari, & Coenare esse Sacrificia: sunt autem externa & ceremonialia: ergo non solum spiritalia interna sunt Ecclesiæ Sacrificia.

### QVÆSTIO LXX.

#### *An verum Sacrificium offeratur in Misa?*

LUTHERVS in formula Misa ad Wirtenb. omnia adprobat vsque ad offertorium; inde, ait, sequitur tota illa abominatio. Proinde repudiati, qua oblationem sonant, qua pura, retineamus. Sic anno 1523. In eo totus est, docere, Nihil à nobis offerri nisi orationes; quin à Deo nobis offerri Eucharistiam, in testimonium promissionis. Ideo anno 1521. edit librum de abroganda Misa priuata. Alium anno 1521. contra Regem Angliæ. Alium anno 1523. contra Canonem. Alium anno 1527 de verbis Cœna contra Zvinglium. Alium anno 1528. quo fatetur supra omnes abominaciones se habere Missam, nilque dolere grauius sibi, quàm quod XV. annis Missas patrarit. Anno 1534. lib. de Misa priuata fatetur se à cacodæmone edoctum de abominacione Misa.

LUTHERANI pariter spiritu furiantur eodem. Lutherus libro de Misa priuata. *Hic non moramur, si clamitent Papista, Ecclesia, Ecclesia, Patres, Patres, Quia hominum dicta, aut facta nihil in tam magnis causis curamus. Scimus ipsos etiam prophetas lapsos esse, adeoque Apostolos.*

CALVINVS Inst. libr. 4. c. 18. contendit Missam, 1. Insigni contumeliâ Christum, afficere. 2. Crucem eius sepelire: 3. Mortem eius in obliuionem tradere: 4. Fructum, tollere: 5. Sacramentum dissipare. Totum, id caput furiosis scætet blasphemis ac mendacijs. Proinde in sua formula Geneuensi de Sacramentis administrandis cauet, ne mentio fiat oblationis. Vbi supra, ait: *Pestilentissimo errore Satan totum penè orbem excacauit, vt crederet Missam Sacrificium.* Ibidem § 12. *Non est cur vllâ hominum auctoritate, vel annorum prescriptione patiamur nos moueri.*

LUTHERO-CALVINISTÆ certatim vocant Missam, *Horribile Sacrificium, Idololatryiam, commentum papisticum, exitialem voraginem, abominationem, &c.*

SVADENT istis. I. *Lutherus*. Cœna est Sacramentum, quo accipimus quid à Deo; est & Testamentum, continens promissionem hæreditatis: At Sacrificium est quo Deo quid offerimus. Et Hoc ex fide procedit; illud fide accipitur.

II. Dominus ad mensam sedit, Sacramentum distribuit; Non se Patri obrulit.

III. *Calvinus* quinque obiicit. Christus est *Sacerdos in æternum*: ergo successores non habet Sacerdotes; proinde nec plura Sacrificia propriè dicta sunt in terris: uti in Vet. Testamento erant inter mortales Sacerdotes: at *Hebr. 7.* Christus non moritur.

IV. *Calvinus*. Sacrificium Crucis vim habet infinitam & æternam: Quare alio nil opus: & tot Missas multiplicare, est negare vim Crucis. Nam, *Hebr. 9.* *Semel ad destructionem peccati per hostiam apparuit.* Et *Semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata.* *Heb. 10.* *Vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.* *Ioann. 19.* *Consummatum est.*

V. Confirmatio Testamenti Christi à morte Christi pendet: sed Missa est novum Testamentum: ergo mori toties oportet Christum: Cùm hostiam occidi oporteat essentia Sacrificii. Idecirco Mors vnica Christi aut non creditur, aut nihili ducitur.

VI. Missa fructum crucis præripit: nam in hac videns novam redemptionem, & peccatorum remissionem novam, illius in cruce factæ facile obliuiscitur.

VII. Christus non dixit, *Offerte; sed Accipite, comedite, & bibite.* Ergo Eucharistia ex Institutione est Sacramentum, non Sacrificium.

VIII. Nulla fit remissio peccatorum sine effusione Sanguinis: hæc nulla est in Missa: ergo nec ea est Sacrificium.

IX. *Parvus*. Nullum Sacrificium sæpius

iteratum potest perficere cultores: at tale est Missa: ergo nequit remittere peccata.

AVTOR. Missam esse propriè dicti Sacrificium docent, 1. Figuræ, Melchisedech, Agnus paschalis, Sacrificia alia. 2. Prophetiæ: 3. Promissio Christi, *Ioann. 4.* 4. Verba Institutionis, 5. Apostoli. 6. S. Patrum Traditio. 7. Ritus altarium. 8. Vox *Sacerdos*. 9. Liturgiæ plurium. 10. Et Traditio. De plerisque ordine quæremus infra.

DICO AD I. Et Sacrificium & Sacramentum sunt opus & actio Christi non nostra, ut Lutherus assumit. Christus enim & se obrulit, ac offert Patri; & que dedit & dat nobis. Dein; Consecrat Signaculum promissionis, consistit in Eucharistia; cum ipsa promissio, consistente in verbis, *Accipite, manducate, &c.* At potest Signaculum esse Sacrificium, ut quod potest Deus ceu victima sibi oblatam assumere, in signaculo promissionis. Sic omnia Sacrificia Legis orant simul signacula promissionis diuinæ. Demum; Eucharistiam dicimus esse Sacramentum, quæ est signum externum gratiæ inuisibilis, in sumptione data nobis: Dicimus esse Testamentum, quæ est authenticum diuinæ voluntatis & promissionis Instrumentum: Essetq; Sacrificium, quæ offertur Deo, quod acceptum à Deo.

AD II. Ersi Euangelistæ non expresse dixerint, se Patri Christum obrulisse, non tamen negarunt, cum se non obrulisse. At quod se obrulerit, scimus ex Circumstantiis Institutionis, Figuris, Verbiis, Patrumque Consensu. Plura si militer non expresse: ut quod Agni immolârit, ederetque ritu conuictos. Quod

Quod vinum in calice habuerit; nam illud, *de genimine vitis*, fertinet ad esum agni; non ad Sacram Cœnam.

AD III. Christus non habet successores, sed Vicarios siue Ministros: hi enim sunt viuorum, illi mortuorū: Christus autem non moritur, sed viuit semper: quocirca Sacerdotes sunt Christi Vicarii in Sacerdotali officio. Vt Aaron, quoad vixit, Sacerdotes habuit inferiores; at mortuo successum est pari cum potestate. *Nos autem, 2. Cor. 5. pro Christo legatione fungimur.*

AD IV. Similiter retorqueo Sacrificium crucis vim habet infinitam: ergo nil opus Baptismo: &c. Nil opus alio Sacrificio, aut cruenti Sacrificii repetitione; aut vt sæpius moriatur Christus: at opus, tum, vt simus memores beneficii tantum; tum vt huius fructus in particulari nobis applicetur. Vtrumque hoc fit per fidem, Sacramētū, Sacrificiū, prædicationem &c. Vnde horum nihil superfluum est. *O homo, tu quis es, vt dicas Deo, quare ordinasti sic?*

AD V. Missa est Sacrificium in cruentum, repræsentatiuum vnici Cruenti; ideo dicere, mori Dominum, nefas est: sola præteriti repræsentatio repetitur ad gratitudinem, & Cruenti sacrificii applicationem.

AD VI. Falsum præsupponitur, quasi Missa vim expiandi habeat sine Crucis Sacrificio; Et; Missa est opus Christi, non nostrum, nisi vt ministrorum: estque memoriale factæ redemptionis in cruce.

AD VII. Vt non illo, *Offerte*, vsus tamen est alio pari vocabulo, *Hoc facite in meam cōmemorationem* cum interna gra-

uitudine, & externa in signo Sacrificii memoratiuo: quæ gratiarum actio vtraque est oblatio. Vnde S. Aug. l. 20. contra Faustum, c. 18. *Christiani iam peracti in Cruce Sacrificii*, memoriam celebrant sacrosanctâ Oblatione, & participatione Corporis & Sanguinis Domini.

AD VIII. Sic retorqueo: Nulla fit remissio peccatorum sine Sanguinis effusione: at in fide iustificante Luthero-Caluinistarum non est Sanguinis effusio ergo nec per eam fit remissio peccatorum. At Apostolus loquitur de Veteri Lege, in effusione Sanguinis opus ad remissionem peccatorum. Facta tamen à Christo effusio Sanguinis diuersimodè applicatur nobis: Iudæis per Sacrificia cruenta typica; Christianis per Missam, aliaque Sacramenta.

AD IX. Sic retorqueo subsumens: At fides, aliaque opera pia ad Dei laudem (quæ aduersariis sunt Sacrificia) sæpius iterantur: ergo ea non possunt perficere cultores. At maior, (nullum Sacrificium sæpius iteratum potest perficere cultores;) falsò tribuitur Apostolo; qui id de Molaiicis dicebat.

#### QVÆSTIO LXXI.

*An Oblatio Melchisedech fuerit Sacrificium, & typus Sacrificii Christi?*

LUTHERANI IUXTA & CALVINIANI;  
L. 1. Assentiuntur nobis, quod *Melchisedech, Rex Salem erat, & Sacerdos Altissimi.* Genes. 14. 2. Negant in Sacrificium, ad gratiarum actionem pro victoria, obtulisse panem & vinum; sed ad corporalem Abrahamæ refectionem. 3. Negant ea in oblatione fuisse typum Christi: Vnde hoc non consi-

S s      stic

fit in oblatione panis & vini, Calvinus, Kemnitius.

SVADENT istis. 1. Calvinus c. 18. §. 2. *Perperam trahunt ad panem & vinum illa: Erat Sacerdos Dei Altissimi: qua Paulus ad benedictionem refert minoris a maiore factam.* 2. Ibid. *Si Missa typus fuisset, an Apostolus, qui minima excusat, rem adeo seriam & gravem fuisset oblitus?* 3. Kemnitius pag. 750. p. 2. *Exam.* Esto; obtulerit Deo Sacrificium Melchisedech; non tamen sequitur, Christum simile obtulisse. Nam Apostolus, *Heb. 5. & 7.* non attingit oblationem panis & vini. 4. Kemnitius. *Typus Melchisedech, consistit in his, in quibus discernuntur Melchisedech & Aaron: sed Sacrificium quotidianum panis & vini fuit in Sacerdotio Aaronico; Exo. 29 Num. 28.* 5. Illyric. 5. Melchisedech obtulit panem & vinum, ac in Missa solum sunt species, non ipse panis ac vinum. 6. *Martyr.* Patres dicunt panem & vinum datum esse Abrahæ in cibum. Ergo, &c.

AUTOR. I. Melchisedech, ut Sacerdos, protulit panem & vinum sanctificatum; ac primario obtulit Deo in Sacrificium; dein Abrahæ ac militibus dedit, ut Sacrificii essent participes: Non autem ut Rex, communem panem protulit, in refectorem corporalem; ceu volunt Luthero Calvinistæ.

II. Ille fuit typus Sacrificii incruenti Dominici; & ex parte etiam Cruenti.

I. RATIO. Quia Christus fuit verè Sacerdos secundum ordinem Melchisedech; & non secundum Aaron; ergo similis illi, non huic; scilicet in Cœna offerens panem & vinum; non animalia. 2. Ita S. Patres apud Bellarm. lib. 6. 1. de Missa, c. 6.

3. Melchisedech fuit Rex iustitia, de-

nomine: 2. Officio Rex Salem, id est, pacis. 3. Origine, sine patre, sine matre. 4. Duratione, Neq. initium dierum, habet neque finem. 5. Oblatione panis & vini: Ita & Christus; & plusquam Melchisedech hic.

Et hoc intendit Apostolus, scilicet explicare Excellentiam Sacerdotii Christi supra Aaronis: ceu & Melchisedech fuit supra Aaronem. 1. Quia ille benedixit Abrahæ, consequenter & Aaroni, qui in lumbis Abrahæ fuit. 2. Quia accepit decimas ab Abrahamo. 3. Quia non habuit initium dierum aut finem. Itaque non disputabat de typo & similitudine inter Christum & Melchisedech sed de præcellentia Sacerdotii Christi per Mosaicum; quo pane & vino nihil opus.

DICO AD I. Falsum dicit, non trahere verba, *Erat enim Sacerdos Alt.* ad panem. Nam Abrahæ benedixit ut maior minori.

AD II. Iam patet intentio Pauli inscribentis.

AD III. Patet item ex dictis, etque Consensu S. Patrum; & ex similitudine CHRISTI cum Melchisedech.

AD IV. In Aaronico panis & vinum fuit ut pars condimentalis in altero cruento Sacrificio principali: ac in Melchisedechano panis & vinum erant sola & omnis materia Sacrificii.

AD V. Species Sacramentales sunt eximie panis & vinum ob rem. Contingit tam diuinam.

Q V Æ S T I O LXXII.

An Missa esse Sacrificium  
proprie doceatur ex  
FIGURIS?

LUTHERANI vt Kemnitiuſ p. 2. Exam pag. 719.  
De Agno Paſchal negat, deq; figuris alijs; quod ſpe-  
ctant ad Miſſam; eò quòd in Sacrificio crucis fuerint  
impleti, cuius & typi fuerant.

SYADET illud. 1. Aug. lib. de Vniſ. Eccl. docet,  
Scripturas figuratas, quòd variè exponi poſſint, non fa-  
cere fidem, niſi alio Scripturæ loco explicentur. 2.  
Diſſimilia ſunt plura. Nam Agni immolatio erat cru-  
entificata à populo; non erat propitiatoria pro pecca-  
to; ita Miſſa eſt incruenta (ſit à Sacerdotibus ſolis; eſſe  
propitiatoria dicitur. 1. Sacrificia Vet. Teſtam fue-  
runt typi pro Sacrificio crucis, non pro Euchariftia, im-  
pletiq; ſunt in Cruce, niſi eſt ſaper pro Euchariftia im-  
plendum.

AUTOR. I. Celebratio Agni Pa-  
ſchalis figura fuit Euchariftiæ: quod  
Kemnitiuſ negat: At illa erat immola-  
tio viſtimæ oblatæ Deo: ergo celebratio  
Euchariftiæ, eſt quædam viſtimæ oblatæ  
Deo immolatio: vt figura reſpondeat figu-  
rato. 1. Maior I. Cor. 5. Etenim Paſcha  
noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epu-  
lemur. Ecce figuram & veritatem. At  
ante paſſionem fuit epulū, ergo ante hoc  
immolatio & peracta eſt in Sacrificio  
Chriſti incruenta; quæ Miſſa fuit. 2. De-  
inde Agnus immolabatur luna 14. ad ve-  
ſperam: in memoriam Ttransitus Ange-  
li per mortes: māducabatur à circumci-  
ſis, & his mundis. Ita & Euchariftia prius  
immolatur in memoriam paſſi Chriſti,  
manducatur, &c. Eſto fuerit typus hic in  
Cruce impletus; Miſſa eſt & huius repræ-  
ſentatio cruenti, & prioris incruenti Sa-  
crificii. 3. Ita & S. Patres atteſtantur.  
Bell. l. 1. c. 7.

II. Exod. 24. Poſt datam in Synale-  
gem, & promiſſiones factas, ſancitū foe-  
dus fuit ſolenni Sacrificio & ſanguinis  
adſperſione: *Hic eſt ſanguis Teſtamenti,*

quod mandauit ad vos Deus. Ita & in Cœ-  
na Sacra: *Hic calix nouum Teſtamentum eſt  
in meo Sanguine.* Vnde ſic erroneè Luthe-  
rani: *Cœna eſt Teſtamentum Chriſti; ergo nō  
eſt Sacrificium.* Quin contra infero: ergo  
eſt & Sacrificium. Vt enim Sanguis Te-  
ſtamenti erat ſanguis Sacrificii prægreſſi:  
ita & Euchariftia eſt ex præuio Miſſæ Sa-  
crificio.

2. Paria ecce: Teſtamentum ſit à vi-  
uo; à libero, ſuique iuris: Mandante quid  
hæredibus: Relinquente promiſſam hæ-  
reditatem: Teſtes adhibente: Dicente ſe  
Teſtari: Instrumentum public. confici-  
ente. Ita Chriſtus in Cœna vixit; in cru-  
ce mortuus eſt: liber erat: dedit mandatū  
dilectionis: promiſit, *quod tradetur in re-  
miſſionem peccatorum.* Teſtes erant Apo-  
ſtoli: Se teſtari dixit, *Hic eſt Sanguis meus No-  
ui Teſtam:* Instrumentum public. fuit S.  
Cœnæ inſtitutio. Hæc eadem & in Cru-  
ce peracta ſunt: Ergo vtrobique Sacrifici-  
um perpetratum eſt, prius Cruentum,  
Incruentū poſteri⁹: Sicq; figura cōplera.

DICO AD I. Scriptura figuras tri-  
fariam explicat: 1. Immediatè poſt figu-  
ram; vt Dominus in parabolis fecit. 2.  
Scriptura teſtante Eccleſiæ explicationē  
ſibi eſſe conformem, non contrariam.  
Teſte Aug. l. 1. contra Creſcon. c. 33. 3. Si-  
cubi colligitur implendam figuram eſſe  
completam. Atque his modis rectè ex  
figuris facimus fidem probabilitatis mi-  
nimum, ſæpe certam.

AD II. Non omnia, quæ in Agno  
ſiebant, rei figuratæ conueniūt; quia alia  
in typis alijs prænotata ſunt rectius: vt in  
Manna, aut Melchiſedechana, &c. Et ca-  
dem in figura quædā rectius quadrāt Cru-  
ento, alia Incruento Chriſti ſacrificio: Vt  
illa de Agno, &c. Ss 2 AD

AD III. Iam liquet eoldem fuisse typos etiam Cœnæ seu Eucharistiæ: testibus S. Patribus.

QVÆSTIO LXXIII.

An Missa Sacrificium esse doceatur ex PROPHETIIS?

LUTHERO-CALVINISTÆ pertendunt Vaticinia impleta esse in Sacrificio Crucis: Deinde pleraque intelligenda de spiritali Sacrificio bonorum operum ad laudem Dei.

SVADENT istis de Malachia. 1. Malach. non dicit, Sacrificulum debere mimiciis gestibus in pane & vino representare passionem Christi. 2. Malach. dicit in genere futurum Sacrificium mundum: non explicat, quale. At in Novo Testamento sunt solum spiritalia. Huc citant S. Patres.

AUTOR. Prophetiæ sunt de Sacrificio S. Cœnæ propriè dicto; non de improprio spiritali. 1. Malach. 1. Offerria super altare meum panem pollutum, cæcū, claudum. &c. At verò; In omni loco Sacrificatur, & Offeritur Nomini meo Oblatio munda; scil. Corpus & Sanguis Christi: quod in mundum esse nunquam potest. Estq; Noua oblatio: At Caluino Inst. l. 4. c. 12 §. 4. & c. 15. §. 3. sunt sordes, inquinamenta: Lutheranis, etiam peccata: Nec ea noua sunt, cum in lege & Naturæ, & Mosaica fuerint frequentata. Itaque confertur ibi figuratum Sacrificium, cum figurato.

AD SVASIONES liquet ex hisce refutatio: quæ Patribus vtuntur falsariè.

Cætera documenta ex Prophetiis, ex Prædicatione Christi, Ioann. 4. ex Institutione Cœnæ, ex Vsu Apostolorum, Vide in meo Antichristo p. 3. q. 27.

QVÆSTIO LXXIV.

An Missam esse propriè dictum Sacrificium doceatur ex Antiquitatibus Ecclesiasticis?

LUTHERANI & CALVINISTÆ eleuare student ac eludere Varias Antiquitates Ecclesiasticas, Sacrificii Incruentii testes, deplice præsertim commento vano: Aut esse testimonia Sacramenti Eucharistiæ; non Sacrificii Missæ; Aut monumenta Vnici Cruenti Sacrificii in Cruce.

I. LUTHERVS de capt. Bab. c. 1. timide ait; P. 1. FORSAN vocant Sacrificium Orationes ad Cœnam fieri solitas; &c. Si nihil habetur, quod dicatur, tunc est in sua negare, quam Missam esse Sacrificium incruentum. Lib. de abroganda M. ssa. Propter auerfus e amaret, quod contra Ritum Ecclesiæ & Statuta Patrum decernim; nihil horum me audierum. L. b. cont. a Regno Angliæ. Dicit Patrum iudicium Rex pro Missari Sacrificio, & videt meam stultitiam, quod solus v. i. m. sepe pre omnibus. Hoc est quod dixi; Thomsites asserere nihil, quod prædicant, nisi ad iustitiam hominum, & Vsum Antiquum. Ibid. ante nil curare, ut mille Augustini, mille Cypriani contra se stent. Lib. de M. ssa. priuata. Hic non moramur, si clamant Ecclesiæ Ecclesiæ, Patris, Patris: Quia hominum ad iustitiam facta nihil in tam magnis causis curamus. Scimus enim ipsos Prophetas ap. os esse, adeo q. Apostolos. Verbo Christi indicamus Ecclesiam, Aposto. os, ad. og. r. p. s. Angli.

CALVVS Inst. l. 4. c. 18. §. 1. Initio huius Sacramentū Eucharistiæ Partes vocant Sacrificium quia est memoriale Sacrificii Crucis. Ita & Kemnit. 2. Quia Veteres videri ab hac Memoriam detorisse, quam Institutionis Domini conueniebat (quod repetita Immolationis faciem præ se ferebat;) nihil intus, quam in simplice Dei ordinatione acquirere. Et huius. Certè si cogitamus, Domini, non hominum Cœnam esse, non est cur ullā hominum auctoritate, vel annorum præscriptione patiamur nos ab illa dimoueri.

II. KEMNITIVS par. 2. Exam. pag. 78. Negari non potest, Veteres, quando loquuntur de celebratione Cœnæ, usurpare vocabula Sacrificii, Immolationis, Oblationis, Hostiæ, Victimæ, &c. Ut tamen eludat, quatuor n. gii.

git. 1. Histrionicam illam Missæ gestulationem ex Patribus doceri non posse. 2. Patres sic explicari, quod loquantur *Vel de eleemosyna: Vel de Precibus Cœnæ: Vel de Gratiam actione: Vel de prædicatione mortis Christi: Vel de exercitiis pietatis variis: Vel de Oblatione*, quâ fideles seiplos Deo vouere solebant. 3. Quia diserte dicunt, in S. Mensa situm esse Agnum Dei inueni-  
tè immolatum ait, *Ego verò non nego hoc*: Et fingit tria. 1. Christum esse Sacrificium propitiatorium: Actionem Cœnæ dici Sacrificium, quia Consecratio & Distributio Cœnæ fit. 2. Quod sit Commemoratio Cruentis Sacrificii. 3. Demum causam desperans ait: *Neq; Veterum, qualescunq; sententia; sed Scriptura Canonica est regula fidei, & iudicij in hac controuersia.*

III. LUTHERANI, vt Kemnitius vult, Vocem *Sacerdos, Sacerdotium*, Patribus capi pro ministerio prædicationes, & Cœnæ: non pro Sacrificiali Missa.

IV. CALVINUS *ibid.* mentitur, Veteres honorem *Sacerdotij* sic vni Christo tribuisse; vt Antichristi vocem putarint, teste *Aug. l. 2. contra Parmen. c. 8.* si quis Episcopum fecisset intercessorem inter Deum & homines. *ibidem* II. *Imitati sunt propius Iudaicum Sacrificandi morem; quam aut ordinat Christus; aut Euangelij ratio ferebat*: de Liturgiis S. Jac. Clem. Basil. Chryl. &c. loquitur.

AUTOR. I. S. Patres, de Eucharistia loquentes, his vtuntur vocibus: *Sacrificium, Oblatio, Immolatio, Hostia, Victimæ: Offerre, Sacrificare, Immolare*. II. Altaria posuerunt & coluerunt iidem Sacrificii: Supponunt igitur Eucharistiam esse Sacrificium. III. S. Patres, Ministros, qui Euch. offerunt, vocarunt, *Sacerdotes*; eorum Ministerium, *Sacerdotiū*. At Sacerdotum munus proprium est, *Offerre Sacrificium*. Hebr. 5. 1 & 8. 1. IV. LITURGIA per antiquæ S. Iacobi,

Clementis, Basilii, Chrystostomi, & Ambrosii *l. 5. & 6. de Sacramentis*, expositio earum. &c. testantium Missæ Sacrificiū. V. S. Patres Eucharistiam pro aliis in Sacrificio offerebant, offerendumque docent; quod de Baptismo aliisque Sacramentis nequaquam. VI. Tanta est Legis seu Religionis coniunctio cum Sacrificio; vt separari nequeant: Nulla enim gens, natio, Religioe vnquam caruit Sacrificio: at si tollas Missam, Christianis nullum erit externum. *Bell. l. 1. c. 20. 21.* VII. Consensus Ecclesiæ docet Missam semper, & vnicum fuisse Christianis Sacrificium. Idque fatetur Lutherus *lib. contra Regem Angliæ*. Calvinus *ibid. §. 1.* Kemnitius. &c.

DICO AD I. Contemptus S. Patrum Lutheræ Calvinistæ arguit hæresios, & Defectionis Antichristianæ.

AD II. Status quæstionis non est de Ritibus Missæ; verum de substantia. At quæ coaceruat Kemnitius, ea cunctis Christianis vtriusque sexus sunt cōmunia: Offerre verò sacrificium solius esse Sacerdotii volunt rectè S. Patres. 2. *Deinde*: si actio Cœnæ ideo diceretur Sacrificium, quia est Sacra Actio; iam Sacrificium esset & Baptismus, omni que actio pia: quod contra omnem vsum loquendi est, piam quamque actionem dicere Oblationem: quam solam Augustinus & Cyprianus vocant Sacrificiū Deo factum. 3. *Et mentitur Kemnitius*, ab eis Sacrificium dici Eucharistia: distributionem. 4. *Item idem mentitur*, Oblationem & Sacrificia à S. Patribus solum intelligi de Sacrificio Crucis; & non de Missa: ideoque Cœnam esse Sacrificium duntaxat Commemoratiuum. *Bell. c. 15.*

AD III. Sciens falsum dicit: quasi S. Patres necissent distinguere inter Concionatorem, & Sacerdotem. Heb. 5. *Omnis Pontifex constituitur in iis, quæ sunt ad Deum; ut offerat dona & Sacrificia.* Sic & Heb. 8.

AD IV. Sacerdotes non vocantur propriè Mediatores per modum *Redemptionis*, sed per modum *Deprecationis*. Nec; Missa est Sacrificium ad morem Iudæicum; sed Veritas typicorum Sacrificiorum; quæ omnia Christus in Cruce consummavit, & antiquavit. Crucis Sacrificium vero non fuit proprium & unicum Christianis; sed Commune omnibus veris Religionibus, quæ in lege naturæ, Moysisque fuit; nam Sacrificia v. triusque legis respectarunt ad hoc Crucis.

#### QVÆSTIO LXXV.

*An in aliqua Missæ parte consistat  
Essentia Sacrificii?*

LUTHERANI item & CALVINIANI Catholicorum vtuntur & diuersitate sententiarum, & argumentis; quæ nos exercitii gratia mouemus: ipsi, à diuisis partibus singulis ad torum: Malè.

AUTOR. I. OBLATIO panis & vini pertinet ad Integritatem Sacrificii; nō ad Essentiam. Quia licet omittatur casu Offeritorium; verum tamen erit Sacrificium. Nam Corpus & Sanguis Christi sunt propriè materiale quod offertur. Sic omnes. CONSECRATIO materiæ vtriusque iunctim, est formalis Essentia Sacrificii; sed probabilius Partialis, quàm Totalis. OBLATIO secunda, id est, Eucatio est item pars formalis. Sic omnes. FRACTIO est pars integrans:

Nam si in Calicem S. incideret tota Hostia, relinquenda foret, non frangenda; & verum tamen esset Sacrificium. SVMTIO, à Consecrante faciendâ, pars est Essentialis.

RATIO. Quia tria requiruntur ad Sacrificium: 1. Ut res profana fiat sacra per Consecrationem. 2. Ut res sacra offeratur Deo. 3. Ut res oblata mutetur, aut ordinetur ad veram externam mutationem *D Th 2, 2 q 85. art. 3.*

II. CONSECRATIO potissimum est Essentia Sacramenti; ita tamen includat præuiam Oblationem, & sequentem mutationem, seu sumtionem, 1. Quia nihil in Missâ tam fit in persona Christi, quàm Consecratio: vt qui ipse Consecrauit. 2. Quia Apostoli, eodem proferendo verba, consecrarunt, & vt Dominus, sumserunt.

#### QVÆSTIO LXXVI.

*An Missa sit Propitiatorium, & Impetratorium Sacrificium?*

LUTHERVS *l de Capt. Babyl. c 1. In Confess. Aug. art. de Missa: Confess. Witemb. c. 16. Item*

CALVINVS *Instit l. 4. c. 18. §. 13, 14. Kemnitius p. 2. Exam. in Seff. 22. Cœnæ distributionem, & Manducationem esse eucharisticam & laeuiticam, vt potest ad laudem Dei factam, facile annunt. At vel esse Sacrificium propriè dictum, vel Propitiatorium aut Impetratorium, pernegant.*

SVADENTq; istis. 1. Lutherus. *Non potest vnus pro altero baptizari: ergo nec sumtio Eucharistia vnus pro altero fieri: non igitur Missa est propitiatoria. Quia Communio vnus prodesset alteri.* 2. Kemnitius. *Si Missa esset propitiatoria pro remissione peccatorum, vtile esset non accedere Sacramenta pro remissione peccatorum percipiendâ facilius & st.*



& securus. 3. Multę Missę dicuntur pro peccatoribus, qui tamen non recipiunt donum penitentię: non igitur hoc conferunt Missa ex opere operato.

AUTOR. I. Missa verè propitiatorium est Sacrificium. 1. Teste S. Scriptura in meo *Antichristo* p. 3. q. 28. 2. Ita S. Patres. S. Iacobus in Liturgia: *Offerimus Tibi incruentum Sacrificium pro peccatis nostris, & pro ignorantia populi: &c.* Sic quā Gręci, quā Latini.

II. Idem est & Impetratorium: 1. Teste utroque Testamento, in meo *Antichristo*. 2. Testibus Liturgiis S. Iacobi Clementis, Basilii, Chryostomi, ac S. Patribus. 3. Ratio. Quod enim efficax est peccatis remittendis; id magis est pro impetrandis bonis ab datore vltro parato Deo.

III. Etsi Sacrificium vim habeat magnam impetrandi ex opere operantis: eò, quòd omnis actio bona, est grata Deo, ac meritoria: Vis tamen Missę potissima est ex opere operato, id est, ex seipsa. Ratio *Concil. Trident. Sess. 22. Can. 2.* Quia eadem est Hostia, & Offerens idem principalis, qui in Cruce, Christus, ex quo effectus principalis dependet.

AT NOTA. Valor ex opere operato bifariam in re aliqua reperitur. 1. Instrumentaliter in Sacramentis, quę instrumenta sunt & efficiunt immediate, per modum naturę, gratiam, ad quam sunt instituta. 2. Infalibiliter; sed non instrumentaliter, nec efficienter & immediate; sed infalibiliter tamen & independenter à bonitate ministri. Sic effectum producit Sacrificium, Deum placans, qui ob id impertit donū po-

nitentię mediatę. *D. Thomas 4. di. 12. quęst. 2. artic. 2.* Ratio; quia Sacrificium arę non habet vim maiorem Sacrificio Crucis: at hoc non immediate, nec Efficienter iustificauit omnes, pro quibus offerebatur; sed sufficienter solū impetrando & merendo. Alioquin omnes vniuersim essent saluati, pro quibus est passus.

DICO AD I. Sacramenta sunt instituta vt profint suscipientibus ea: Sacrificium verò etiam aliis prodesse datum est: quia per modum Orationis fit pro aliis; prodestque Sacrificanti soli quā sumit Sacramentum; at quā Consummat Sacrificium sumtione, prodest & aliis.

AD II. Iam dixi. Si Missa immediate peccata remitteret, valeret argumentum; iam id præstant ad hoc instituta Sacramenta.

AD III. Missa infalibiliter impetrat nouum auxilium conuersionis peccatori: sed hoc variè operatur, pro peccatorum dispositione.

#### QVÆSTIO LXXVII.

*An ritè pro Purgatoriis Sacrificetur?*

LUTHERANI & CALVINIANI pernicaciter negant.

SVADENT Negationem. I. *Kemnit. in Exam p. 2. Calvinus in Antidoto articulo rē Parisiensium.* De vsu Eucharistię loquens ait: *Accipite, & manducate: netrū possunt mortui: ergo.*

II. *Kemnitius: Chryostomi sententia, hunc ritum esse ab Apostolis, falsa videtur: 1. Quia Apostolica ea Constitutio in nulla S. Scriptura reperitur. 2. Quia S. Hieron. & Greg. dicunt Apostolos ad Orationē Dominicam sacrificasse. 3. Quia Tertullianus*

nus

aus *L. de Corona mil.* ait, hunc ritum ex Consuetudine proflixisse.

III. Mortuorum in actione Cœnæ facta commemoratio fuit; sed quod pertinerent ad Corpus Ecclesiæ, & Communionem Sanctorum; non ut refrigerium & propitiatio eis fieret.

AVTOR. 1. *Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare in Sacrificio, ut à peccatis. i. peccatorum pœnis solvantur.* Ideo Iudas Machabæus iussit offerri Sacrificium pro peccatis mortuorum. 1. Qui liber improbè negatur à

Luthero. Calvinistis esse canonicus. Esto tamen; minimùm historicus docet perantiquam esse Consuetudinem sacrificandi pro defunctis; quam nec Christus, nec Apostolus ullus, nec S. Patrū quisquā reprehendit: quin laudant. 2. Traditio, mosque peruetus est Ecclesiæ, & is Vniuersalis: cuius contrarium mendaciter affirmat Kemnitiuſ p. 2. *Exam. Trid. de Purg.* S. Chryſtom. 69. ad Antioch. pop. *Non temerè hæc ab Apostolis sancita fuerunt, ut in remendis Mysteriis fiat defunctorum commemoratio.* Sic Liturgia Iacobi & Clementis. 4. Aërius hæresiarcha, dānatus ab Ecclesia, primus docuit, non esse pro defunctis sacrificandum. 5. Consentit Vniuersalis S. Patrum illuc incumbit. Vide *Geneal. p. 3. q. 17.*

DICO AD I. Defuncti ut participare nequeunt de carne Sacrificii, de Fructu tamen possunt. Idque dicebat Dominus, quibus præbebat Sacramentum; non iis, pro quibus offerebat Sacrificium.

AD II. Traditionem hanc refert S. Chryſt. ad Apostolos, non ad Scripturam: in hac si foret, traditio non esset. Est tamen etiam in 2. *Mach. 12.* Esto: dixerit

id S. Gregorius: nil infert. S. Hier. non scripsit. Tertullianus dicit ex Consuetudine hunc ritum esse retentum, fluxisse inde non dicit; finxit Kemnitiuſ.

AD III. Item fingit idem contra nubem S. Patrum. Aug. in *Enchirid. c. 110.* *Pro non valdè malis Propitiatio est.* Neque enim pro Sanctis sacrificati unquam dicunt Patres.

#### QVÆSTIO LXXVIII.

*An repugnet Institutioni Missæ, ut in ea Sanctorum fiant memoria?*

LUTHERANI maxime Kemnitiuſ p. 2. *Exam. pag. 818.* a illi verb. S. Aug. 8. *Ciu. c. 27.* *Nei Mysteriis non constituitur templum, Sacerdotia, Sacra, & sacrificia.* Subiungit mendaciter: *At qui hoc in Apostolicum est, & adhuc defenditur.* Idem pag. 86. *Doct. Pa. iste, S. Cœnam in se tutam esse, ut in eius celebratione inuocentur Sancti.*

SVADENTIS Kemnitiuſ pag. 810. *Christus hoc factum non in Sanctorum, sed in Mei commemorationem.* 2. *Idose tradit in Cœnæ, ut in sacrificium consequamur per merita unica Oblatione Christi, profanatur Cœnæ, cū à Deo peritur. ut per merita & preces sanctorum, in omnibus, eterna proleuatur misericordia auxilio.* 3. Aug. 22. *Cru. c. 11.* ait: *Ina* Sanctos nominari quidem; nullo mod. autem laudari. &c.

AVTOR. I. Non repugnat S. Cœnæ Institutioni, ut in ea Sancti honorentur. 1. Quia, 1. *Tim. 2.* iubet fieri Orationes, ut gratiarum actiones in Sacrificio hæc cum fiant acceptis beneficiis, siquæ in his precipuum, Sanctos in cœlestem assumptos esse: quid ni pro iis Deo gratias reddamus? 2. Ita vitarunt Liturgia S. Iacobi, Clementis, Basilii, Chrysostomi. 3. Id S. Patres tradiderunt, commendarunt. Et illius multiplex confirmatio. Vide *Bell. l. 2. c. 8.*

II. Non repugnat eidem Sanctos in co Inuocari; Non, ut ipsis Oblatio fiat quod

quod nequit citra idolatriam: Nec, vt preces ad eos dirigamus dicendo: S. Petre ora pro me. Sed vt preces ad Deū dirigamus, à quo petimus adiuuari etiā Sanctis intercedentibus. Hoc arguunt hæretici. 1. A hoc S. Patres docuerunt, & usurparunt in suis Liturgiis. 2. Ratio fauet. Nam Sancti possunt orare pro nobis, & orant: bonum igitur est id ipsum petere ab Deo, vt mediorum vnum salutis nostræ: Sicut petere licet bonos in terris doctores, reges. &c. Antecedens dant Lutherani & Calviniani; licet negēt eos nostras audire preces. &c. De hoc parte I.

**DICO AD I.** Neque dixit Dominus: Hoc facite in meam SOLIVS cōmemorationem. Neque potest in sanctorum memoriam directē sacrificari; cum Sacrificium sit ad cōmemorationē mortis Christi; non sanctorum, nisi quatenus hīc in morte Christi vicerint mortem moriendo: quod est Sacrificium actionis gratiarum.

**AD II.** Gradu longē inferiore supplicamus per merita Sanctorum, quā in per merita Christi passī: nam hoc latreuticū; istud per Duliam duntaxat. &c.

**AD III.** Affingit id S. Augustino Kemnitius. Vide plura talia in meo *Antipap. p. 3. q. 7.*

### QVÆSTIO LXXIX.

*An Priuata Missa sint à Deo permissa?*

**L**UTHERANI post Lutherum negant: vt Brent. in *Confess. Witemb.* Melanch. in *Confess. Aug.* Kemnit. p. 2. *Exam. pag. 838. &c.* Piget hac eorum blasphemiam commota reddere.

**SVADENT** illi. 1. Kemnit. pag. 162. *Hoc facite, &c.* Consecrantes & Distribuentes; ergo Consecrare, & non Distribueret, Cœnam profanarecēt. Nam, *Ab. 2.*

Cœna per fractionem describitur, id est, dispensatione mī sic & 1. Cor. 10. Et 1. Cor. 11. priuatas Cœnas opponit Dominicæ: Hic locus, ait, tanquam fulmen proferunt priuata Pontificiorum Missæ. Et clarissima sibi sententia Chrysostomi; Quod Dominicum est, priuatum facerunt. Cœna enim Domini debet esse Communis. 2. Commentum Cœnæ sine distributione, quod ramentum ea profert presentibus; veteribus ignotum fuit. Chryl. hom. 3. in Ephes. Frustra habetur Oblatio quotidiana, cum nemo sit, qui simul participet. Ibid. Quisquis Mysterium confors non est, impudens & improbus adstat. &c. 3. Canonetq; Apost. excommunicantur, qui peractā Consecratione non permanent in Ecclesia. Sic & de *Consec. dist. 2.* Ego Missæ priuatae fuerunt prohibita. &c.

**AUTOR.** Missa dicitur sed modis Priuata. 1. *A Logo* seu oratorio priuato: Sic Dominus S. Cœnam instituit in domo priuata. & sub XII. Cæsaribus persecutis onib; pleræq; sic priuatim sunt celebrata. 2. *A Tempore:* Vt publica sit, quæ festis; priuata quæ fit profestis diebus. At ideo. *Daniel. 12.* dicitur luge Sacrificium, quod sit quotidianum. 3. *A Fine:* quia pro re aut persona fiat priuata. Et Missa si vni applicata tamen publica est, quia ab publico fit Ministro maximam partē pro tota Ecclesia. Sic in *Vet. Test.* Sacrificia agebantur pro priuatis causis. *Leu. 4. 5. Job. 1. & 42. 2. Mach. 3. 4.* Apauitate adstantium. Sic S. Augustini presbyteria causa rustica sacrificauit. *l. 22. Ciui. c. 8.* Et mētur Melancthon in *Apolog. Conf.* tempore S. Gregorii priuatas Missas fuisse ignoratas. 5. *Comparatione* Missæ Solennis, præter quam aliæ in eodem templo leguntur. At sic & in *Vet. Test.* Iusu venit: inque primitiua Ecclesia hucusq; teste altarium frequentia. 6. Priuata Missa est, in qua solus Sacerdos communicat. Atque hanc maximē hæretici negant licitam. At S. Cœna fuit non solum Sacramentum; sed & Sacrificium: Sed & hoc non agnoscunt aduersarii. Sacrificium autem in se publicum semper

T t est

est Mysterium pro salute publica, omnique populo peractum à Sacerdote, id est, Ministro publico.

DICO AD I. Præceptum Domini est affirmatiuum pro loco, tempore, persona. &c. Nec iussit semper iunctim, *Facere & Distribueret*; nec vetuit *Facere sine Distribueret*. Quia Sacrificium & Sacramentum administrare diuersa sunt, vt simul esse possint, non debeant; minus sunt idem. Neque Fractio est distributio Sacramenti, sed partialis actio Sacrificii. Nec *1. Cor. 10.* describitur ritus Cœnæ peragendæ; sed participatio Mensæ Domini & dæmoniorum inuicem opponitur. Et, *1. Cor. 11.* Cœnam priuatam vocat cœniuium, in quo *vnus esurit, alius ebrius est*. Nam, more Domini, cum vespertinis Cœnis Synaxes Sacras agebant. Ita S. Chrysostomus.

AD II. Falsum: nam Concilium A-gathense ante mille annos, Missarū meminit, quibus nulla fiebat distributio. Chrysostomus arguit raritatem cōmunicantium; & Oblationem ait frustra fieri, non in se; sed quatenus ordinatur ad Dispensationem communicantiū. Deinde idem docet sæpè, Sacrificium etiam prodesse defunctis, & absentibus viujs; qui tamen non communicant sacramentaliter.

AD III. Isti Canones iubent, vt cōmunicetur in Missis; non verant Sacrificari sine communicantibus. Et adhuc arguimus excusatores è Missis nondum finitis.

#### QVÆSTIO LXXX:

*Num Circumstantiæ Sacrificii sint tolerabiles?*

KEMNITIVS pag. 883. Missas non vulgari lingua patari exagiat, vt suspectas. II. Submissa voce legi, vult esse contra Domini institutionem; qui in Cœnam fieri per Annunciationem, ipso clare S. Verba pronunciant. 2. Quod Cœnæ actio esse vult, beat: ergo & pronuntiatio audibilis.

III. LUTHERVS *Capt. Bab. c. de Euch. ait.* 1. Missa cō magis est Christiana, quod simplicior est, simpliciorque Missæ Christi, sine pompa vestium, gestuum, cantuum. &c. 2. Non tamen calumniandam Ecclesiam ob ritus antiquos, 3. Ceremonias sine fide et irritabula impietatis.

IV. Kemnitijs pag. 832. quadruplices Missæ distinguunt Ceremonias. 1. In S. Scriptura mandata. Vt accipere, Benedicere, Manducare, Mortem Dominum nunciare. 2. Pias licet non scriptæ sint; vt psalm. lectioes, præces. 3. Superstitiosas & impias; vt pro defunctis offerre: Sacrificare, sanctos invocare. 4. Adinphoras; vt velles, vasa, ornamenta.

AUTOR. I. LATINA, Græca, Hebraica Lingua, non Vulgaris, est apta Diuinis, præsertim in Missa. I. Quia sacrificium est Actio Oblationis, Cōsecrationis, & Sumtionis: ad Deum colendi magis, quàm instruendum populum. 2. Conceptis verbis sacrificandū est: avulgares linguæ sæpè variant; Et tollitur communicatio Ecclesiarū. Gallus non posset in Germania sacrificare. &c.

II. Submissa legi est ad reuerentiam Mysteriorum ait S. Basil. *l. de Sp. c. 7.* 1. Missæ Iacobi, Clementis, Basili, Chrysostomi præscribunt quædam submissæ legi. Vt & *Leu. 16.* intra velum à solo Inuentum offerebatur. 3. Et Christus Sacrificium Crucis silentio magis peregit, quàm clamore. Et memorandæ mortis Domini Annunciatio sit Actione magis, quàm sermone extra Prædicationē Dominum autē si loqui oportuit, vt doceret Apostolos. 4. Neque verba in Sacrificio requiruntur, quod ipsa sint Sacrificium; sed vt Christi præsentiam nobis efficiant. 5. Neque Dominus præcepit auditu sed verbis *Hoc facite*; & hoc Sacerdotis inuocatio, non populū. III.

III. Lutheri dictum secundū euerit primum. Tertium verum est: nam sine fide impossibile est placere Deo. At fidei inspectam putat de remissis peccatis cuiusque: Hæc damnatur à *Concil. Trid. Sess. 22. Can. ult.* 2. Kemnitium in tertio errare liquet supra: de quarto, plures illi reiiciunt: Necessarias esse negant vi præcepti Ecclesiæ: Vni eis nullā tribuunt. Mēdatia Kemniti vide in meo *Antipap. p. 3. q. 7.* De singularum ceremoniarum Antiquitate, &c. *Bell. l. 2. c. 14. 15. 16. 7. &c.*

## IX. DE P O E N I T E N T I A.

### Q V Æ S T I O LXXXI.

*An Penitentia Sacramentum sit propriè dictum?*

**L**UTHERVS lib. de Capt. Babil. timidè negat, & variat. 1. Neganda mihi sunt VII Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda: 1. Bapt. Pœn. Panis. Ibid. in fine. Propriè Sacramenta vocari videntur est, quæ annexi signis promissa sunt. Quos si, ut, si rigidi loqui velimus, tantum duo sint, Bapt. & Panis. Nam Pœnitentia signo visibili & diuinitus instituta caret: nec aliud esse dixi, nisi viam ad Baptismum. 2. Alibi esse dat Sacramentum, anno 1545.

**MELANCHTHON** in Locis anno 1522. negat. Pœnit. non est signum: est enim voluntas nostra mortificatio, & reus ratio Spiritus; Sacramentum eius vel signum non aliud est, nisi Baptismus. Idem tamen libris de in cōditis cum Luthero asseruit esse Sacramentum.

**ILLYRICVS** in apol. Conf. Antuerp. 18. Kemnit. p. 2. Exam. pag. 909. scribere audent Conf. ff. Augustinam non agnoscere Pœn. Sacramentum. Nimirum quia Lutherus & Melan. h. priorem suum errorem reuocant: nec Pœnitentiam negam asseruerunt.

**H. ZWINGLIVS** lib. de vera & falsa relig. cap. de Sac. respuit Pœnit. dicere Sacramentum. **CALVINVS** *Inst. l. 4. c. 19. §. 15.* plura aggerit argumenta. Item in *Antid. Trid. Sess. 6. c. 15.* Beza in Confess. c. 7. a. 11.

III. **LUTHERANI** multi Calvinizant in

hoc, licet iurarint in Confessionem Augustinā: Vt **Nicolaus Selneckerus** in p. 2. *Padagogia.* **Wigandus Illyricus**, **Kema.** in 1. *disput. de Penitentia.* &c. Vide in *Genealog. p. 3. q. 19.*

**SVADENTIS** CALVINISTÆ 1. **Calvinus** *Inst. l. 4. c. 19. §. 15.* &c. **Romanenses Scholastici** anxie in reperiendo hic Sacramento desudant. Nodum in scirpo. Quod tamen optimum habent, rem incertam, opinionumq; varietate confusam relinquunt. 2. Dicunt esse Sacramentum; sed non est ceremonia externa à Domino instituta ad fidei nostræ confirmationem, &c. Qui tale in ipso Augustino, vident, quod penitentia Sacramentum vocant? 3. Nego iure haberi Sacramentum primum, quod nulla Dei promissio singularis ad hanc rem extet. 4. Deinde quod, quæcumq; hic ceremonia profertur, merum sit hominum inuentum, mendacium, & impostura.

5. Kemnitius par. 2. Exam. pag. 903. Ex diuina Institutione non habet tale externum elementum, quale in Baptismo & Eucharistia, quod ad integram definitionem, & genuinam proprietatem Sacramenti pertinet. 6. Sacramentum Pœnitentiae non habet fundamentum in Vet. Testamento, in quo fuit contritio & confessio; neq; tamen idcirco Sacramentum licet etiam absoluerit Nathan Dauidem. Licet Petrus *Act. 10.* Paulus. *Act. 26.* dicant se pœnitentia & remissione peccatorum non aliter docuisse, quam prophetæ. Neque Pœnitentia habet fundamentum in prædicatione Baptistæ, & Christi. 7. Neq; in hęc, *Ioan. 20. Quorum remisistis peccata.* &c. Neq; in doctrina Apostolorum aut exemplis, teste Paulo *Act. 26.* Petro, *Act. 10.* Vanum & falsum est Apostolos etiam docuisse pœnitentiam quoad substantialia, quæ impie ante Baptismum ad Deum conuertuntur, & quæ lapsi post Baptismum redeant in gratiam.

**AUTOR.** Pœnitentia est propriè dictum Sacramentum: I. *Ioann. 20. Quorum remisistis.* &c. Vide in *Antichristo p. 3. q. 29.*

Aduersarii omnes contendunt hinc agi de Remissione per Prædicationem fidei excitatricem; non de Iudiciaria. Calvinus in *Anti-Trid. Sess. 6. C. 14.* agi de ea, quæ fit per prædicationem in conuersionem Infidelium ad fidem, & per Baptismum ad Ecclesiam. Sic & Kemnitius pag. 915. Qui tamen, etiam Fidelibus remittendi peccata, ait datam hic potestatem.

**D I C O,** Explicatio loci prior est Cyrilli, eum intelligentis de & Infidelibus, & Fidelibus faciendæ remissione; At diuersimodè istis, per Baptismum; his per Ritu Pœnitentiæ: Virisque per Sacramentum, non idem, sed diuersum, scilicet Ritu diuerso: Nam & Kemnit. pag. 917. & Calvinus *Inst. l. 3. cap. 4. §. 12.* agnoscat hinc colligi priuatam Absolutionem à Domino institutam.

Posterior expositio, de solis Fidelibus, absoluendis, est probabilior. 1. Quia Ioannes non solet repetere, quæ priores Euangelistæ scripserunt: at Matthæus & Marcus iam scripserunt de Baptismo; de Pœnitentiæ Sacramento adhuc nullus. 2. Fatentur etiam Aduersarii, hinc dari potestatem Clauium: at hæc non est ad Baptismum necessaria; sed ad Pœnitentiã; Estque propriè Ecclesiasticorum, at baptizandi potestas est etiam laicorum. 3. Clauium potestas est Iudiciaria: at de Infidelibus non iudicant Christiani: 1. Corinth. 6. *Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare.* Ita S. Patres Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Ambrosius &c. Atque hæc expositio euacuat omnes obstringillationes Kemnitii: addito; Lucam, Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque,* loqui de pœnitentia Infidelium ante Baptismum; Ioannem 20. de pœnitentia fidelium post Baptismum.

Porro idem doceo ex triplice definitione Sacramenti.

**I.** Sacramentum est signum visibile sacræ rei, sc. gratiæ iustificantis quam confert. At Confessio pœnitentis, & Verbum Absoluentis sunt signa gratiæ iustificantis; illa, animi renouati; hæc, peccati relaxati. Ergo ea duo sunt vnum Sacramentum. Ita Lutherus *lib. de Capt. Babyl. sub finem:* Sacramenta sunt, quæ signis annexis promissa sunt. Sic & *Apol. Conf. Aug.* poscit Sacramento Ritu à Deo mandatum; cum promissione gratiæ: At qui Absolutio priuata habet mādaturum: 2. Cor. 5. *Posuit in nobis Verbum reconciliationis.* Et: *Pro Christo legatione fungimur.* Habet gratiæ promissionem: Ioann. 20. *Remittuntur eis.*

**III.** Quæ octo Kemnitius requirit Sacramentum verum, in hoc elucet. 1. Sensibile signum; *Absoluo te: Remitto tui peccata tua.* 2. Institutionem id habet cum mandato Dei: *Quorum remisistis, &c.* 3. Idque in Nouo Testamento. Vt hinc. 4. Sit Ritus perpetuus, non temporarius: at ritus absoluendi iam durauit 1600. annis ferè. 5. Adsit promissio gratiæ: At adest. 6. Et gratiæ iustificantis, non cuiuslibet: At hic est talis, *remisistis peccato.* 7. Sit ad signum externum at id hic est: *Absoluo te.* 8. Promissio in particulari singulis applicetur, non tantum in genere. At fit: *Ego te absoluo à Tuis peccatis.*

**IV.** Calvinus *Inst. l. 4. c. 14. §. 1.* Sacramentum definit: *Externum symbolum, quo beneuolentiæ erga nos sua promissiones conscientiis nostris Dominus obsequat: 2. Absustinendam fidei nostræ imbecillitatem: 3. Et nos vicissim pietatem erga eum nostram testat.*

testatur. At & hæc tria insunt Ritui Cō-  
fessionis & Absolutionis; non minus  
quàm Baptismi, aut Cœnæ ritibus. Qua-  
re est verè Sacramentum.

V. Denique Testimonia Patrum La-  
tinæ & Græcæ Ecclesiæ ante, & post an-  
num 1100. idem testantur apud *Bell. l. 1. r.*  
*Pœn. c. 10.*

DICO AD I. Ecclesia semper, & om-  
nis Theologia nil vnquam sensit ali-  
ud, quàm Pœnitentiâ esse Sacramen-  
tum: At quid in eo sit Sacramentum;  
quid Res tantum; quid res & Sacramen-  
tum simul; in his tribus disputant animi  
gratia. AD II. Jam patet ex dictis.

AD III. Patet itidem.

AD IV. Item; & verbum Concio-  
nale à forma Sacramentorum remouim-  
us *sup. q. 5.*

AD V. Vt in Baptismo Aspersio, in  
Eucharistia signum externum est Con-  
secratio & sumtio Rei permanentis Sa-  
cræ; ita in Pœnitentiâ est signum exter-  
num Confessio Pœnitentis, & Enuncia-  
tio Verborum Absoluentis. Et vtraque  
est actio transiens; sicut & baptizatio.

AD VI. In Veteri Testamento nul-  
la fuit potestas absoluendi à peccatis:  
proinde nec pœnitentiâ fuit ibi Sacra-  
mentum. Nathan erat Remissi nuncius  
Dauid: *Dominus transtulit peccatum tuum*  
*à te.* Petrus & Paulus verò loquuntur de  
pœnitentiâ virtute, quæ in Veteri Testa-  
mento est eadem. At Sacramentū Pœ-  
nitentiæ probamus ex Nouo; vbi id Chri-  
stus primum instituit, *Ioann. 20.* Vnde  
Christo prædicante, & Baptisâ, nondū  
erat Sacramentum. Quòd tamen Chri-  
stus absoluit quosdam, fecit potestate suâ  
extraordinariâ Excellentia. Baptisæ de-

fuit Absolutio; etsi fiebat Confessio.

AD VII. Patet supra. Apostoli nō  
tradiderunt ibi Ritum Sacramenti; solū  
scribunt prophetas testari, remissionem  
peccatorum accipere Credentes in no-  
mine Christi. Sicut autem non legun-  
tur audisse enumerationes peccatorum;  
ita nec impendisse Absolutionem; & ta-  
men Sacramentum Pœnitentiæ admi-  
nistrarunt. Denique pœnitentiâ ante Ba-  
ptisimum est solum præparatoria ad eun-  
dem; non verò Sacramentum. Cætera  
Kemnitiana subiectis quæstionibus li-  
quebunt vana.

## QVÆSTIO LXXXII.

### *An Pœnitentiæ & Baptismi Sacra- mentum sit idem?*

LUTHERVS *l. de Capt. Bab. c. de Bapt.* Lapsos per  
Baptisimum, memoriâ, non reipla repetitum, reco-  
ciliari. *Præbuit opinionibus occasionem verbum pericu-  
losum S. Hieronymi; siue malè positum, siue malè intel-  
lectum; quo Pœnitentiâ appellat secundam tabulam post  
nauis fragium. Quasi Baptisimus non sit Pœnitentiâ. Hinc  
enim, ubi in peccatum lapsi fuerint, de prima tabula seu  
nauis desperantes, velut amissâ, secundam tantum incipiunt  
nisi, Pœnitentiâ. Ibid. sub finem Pœnitentiâ signo & simili  
& diuinitus instituto caret, & aliud non esse dixi, quàm  
viam, ac reditum ad Baptisimum. At eodem libro scripsit  
Tria esse Sacramenta, Baptisimum, Pœnitentiâ, &  
Panem; seu Vnum Sacramentum, & tria signa Sacra-  
mentalia. MELANCHTHON *in Locis ann. 1521.* Si-  
gnum Pœnitentiæ esse Baptisimum.*

CALVINVS. *Inst. 4. c. 15. §. 4.* Vim Ba-  
ptismi ad omnia vitæ peccata se extendere di-  
cit. *Dictum Hieronymi, quin plane impium  
sit, excusari nequit. Quasi vero per Baptisimum  
deleatur peccatum, & non potius in memoriâ  
reuocandus sit peccatori, quoties de remissione  
peccatorum cogitat, ut illinc se colligat, fidemq;  
confirmet. Infra. Apertissime dixeris, si Baptis-  
mum vocaueris pœnitentiâ Sacramentum. Cum  
in confirmationem gratiæ, & fiducia spoliū is da-  
tus sit, qui Pœnitentiâ meditantur. Sic &  
Kemnitius, &c.*

SVADENT istis. 1. Calvinus *Instit.* l. 4. c. 19. §. 17. Baptismus per peccatum non deletur, ergo per totam vitam est utilis ad memoriam reuocatus. 2. Hieronymus *dixit & improprie dixit Pœnitentiam secundam tabulam.* Vide plura supra quæst. 30.

AUTOR. *Concil. Trid. Sess. 14. Can. 2.* dicit anathema confundentibus ea duo Sacramenta; Adeo diuersa sunt. 1. Docet id figura. *Col. 2.* Baptismus dicitur Circumcisio spiritalis; at hæc nusquam legitur iussa repeti cum memoriâ in remedium peccatorum: sed pro hoc Sacrificia, Expiationes, Cōfessio præscribuntur. *Leu. 4. 5. 6.* Ergo. 2. Non remittimur, *1. Ioan. 1.* ad memoriam Baptismi; sed *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis pecc. nostra, et emundet nos.* 3. *Heb. 6.* Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, per Baptismum aiūt S. Patres, contra Nouatianos; & prolapsi sunt, rursū renouari ad Pœnitentiā, repetito Baptismo. Vnde baptizatum prius dein lapsū in incestum, Paulus non remisit ad Baptismum. Et ibidem monet. *Non rursus iacientes fundamentum pœnitentia.* Quocirca, aut neganda est cum Nouatianis Reconciliatio; aut fateri Pœnitentiam esse distinctum à Baptismo Sacramentū. 4. Post Baptismum lapsi, non sunt remissi ad memoriam Baptismi; sed ad pœnitentiam: Vt, *Act. 8. Simon, 1. Cor. 6.* Incestuosus. 5. Mirum, si vnicū salutis remedium foret; nec de eo S. Scriptura verbum: nil S. Patrum Traditio; at multa de pœnitentia.

RATIO. Quia, *Luc. 12. Seruus qui cognouit voluntatem Domini, & non facit, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis; vapulabit paucis.*

Ideo 1. *Timoth. 1.* *Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Atqui post Baptismum scienter peccans facilius resanaretur, quam ignoranter peccans ante Baptismum; quia is solā memoriā; non hic. Istud verò est absurdum. 2. Ritus Baptismi & Pœnitentiæ diuersam habent materiam ac formam: sunt igitur & Sacramenta diuersa. Item & Ministrorum est diuersitas: nam semper soli Episcopi & Sacerdotes Absoluerunt: Baptizarunt verò etiam Diaconi, ad uocæ laici ipsi.

DICO AD I. Baptismus, quā fuit actio transiens, transit; quā dedit gratiam regenerationis, hanc fugat peccatum, & extinguit; non tamen Characterem impressum.

AD II. Peraptè dixit. Sic & Tertullianus libro de pœnitent. vocat eam *secundam ianuam, spem, secunda subsidia, &c.*

#### QVÆSTIO LXXXIII.

*Qua sint partes Essentiæ Pœnitentiæ?*

LUTHERANI: ut Illyricus in *apol. Conf. Artum* l. 8. Keminus p. 2. Exam pag. 92. cum Scoto l. 4. 14. q. 4. & d. 16. q. 1. asserunt vnam, sc. Absolutionem. At Scotiæ tamē non negant cententiam esse Sacramentum, neq; negant Confessionem esse necessarium ut iheretici.

II. MELANCHTHON in *apol. Confess. Aug. 25.* asserit duas: Rituū v. s. b. l. m. & Verbum absolutionis. *Corda simul per Verbum & Rituū ministrant. Verbum incurrit in aures, Ritus in oculos.*

I. H. ALII duas Baptismi re. ordinationem, & Verbum Absolutionis. De his supra.

SVADENT istis 1. *Keminus pag. 92.* Quia Antiquitati est ignota distinctio cententia à Materiam a. Formam. 2. Nec inter ipsos i. h. o. l. o. s. eos conuenit. 3. Sacramenta sunt actiones Dei; proinde si opera humana sint pars pœnitentiæ, h. s. diuinitatem tribui necesse est. 4. Antecentum annos ad



certi consistit de materia pœnitentiæ. 5. Et Concil. Trident. timidè scripsit, Actionem pœnitentis esse materiam pœnitentiæ, vel quasi: Ego ipsa est Sacramentum, vel quasi; & effectus eius est remissio peccatorum, vel quasi. 6. Scotista. Quia effectus pœnitentiæ apud significatur per Absolutionem, non per Confessionem; at Sacramentum est signum rei: ergo. &c. 7. Id est Sacramentum, quod à ministro confertur; talis hic est Absolutio, non Confessio. 8. Absolutio sola est causa gratiæ, cum tota vis pœnitentiæ in Clauibus consistat: at hæ sunt Absoluentis.

**AUTOR.** Partes essentielles Pœnitentiæ sunt duæ: Absolutio Sacerdotis vt Forma; Actus pœnitentis vt Materia. Ita Communis: & Tridentinum *Sess. 14. Can. 3.* & Concil. Florent. Quia *pœnitentiâ est actio pœnitentis: non, vt Scotus ait, est Absolutio pœnitentis, facta certis verbis.* 2. Sacerdos absoluere non debet vllum, nisi quem ex signis visibilibus pœnitentem esse cognoscit; cum Sacramentum sit signum visibile gratiæ à Deo institutum: Cur igitur Confessio, tale signum, non foret pars Sacramenti? Significat enim confitens se voluntate recedere à peccato, ac proinde iustificari: quod Absolutione completur. 3. Confitens concurret ad remissionem peccatorum; 1. Ioann. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis. &c.* Proinde, vt Absolutus dicitur verè iustificari; sic & Confessus. Itaque Confessio & Absolutio sunt partes essentielles.

**DEO AD I.** Pariter & in Baptismo: at res perantiqua est; termini sunt recipientes, & rei explicandæ aptiores.

**AD II.** Conuenit: nam Communis tenetur; vt patet.

**AD III.** Actiones pœnitentis non habent vim Sacramentalem, nisi vt instrumenta sunt Dei: sicut & verba Sacerdotis.

**AD IV.** At Gabriel *4. dist. 17. q. 2.*

*art. 1. docet de Confessione & Absolutione ex Communi sententia, & is vixit ante 100. annos, citatque S. Thomam. &c. Sic & Concilium Florent. anno 1439.*

**AD V.** Sic ex hoc, *Quasi Unigenitus à Patre*, liceret dicere, *Christus est Unigenitus*, vel quasi. *Vox quasi non semper extenuat rem.* Et Confessio est *quasi materia*; quia est sensibile signum actionis transeuntis; non solida & subsistens.

**AD VI.** Etiam Confessio significat pœnitentem recedere à peccato; ceu Absolutio, Sacerdotem expellere peccatum.

**AD VII.** Minister Sacramenti est, qui vel totum, vel partem Sacramenti conficit potiore; vt hic Absolutionem Sacerdos; Confitens tamen cooperator est necessarius.

**AD VIII.** Operatur per Claves Absoluens; at & cooperatur Confitens: Vt homo constat ex corpore & anima; solâ hæc intelligit: ita Sacramentum constat partibus duabus; vnâ tamen operatur; & quidem non sine alia.

#### QVÆSTIO LXXXIV.

##### *Quæ sunt partes Materiales Pœnitentiæ?*

**L**VTHERO-CALVINISTARVM triplex errat sententia. I. LVTHERVS *lib. contra Bullam Anni christi art. 5* anno 1520, & 1521. etsi non neget tres esse partes; Satisfactionem tamen non esse iuris diuini; tamen anno 1543. in refut. art. Louan. prop. of. 27. n. patet esse tres; sed duas, art. in Smalcald. art. anno 1537. *Contributionem ex minis legis, & Fidem ex Evangelii promissis.* Sic & Melanck. *in Locis, anno 1521. in Conf. Aug. anno 1530.* posuit eas Mortificationem, & Viuificationem. Sic C. nuriatores &c.

H. LVTHERANI alii certum addunt, *Opus bonum, leu.*

seu novam Obedientiam. Ita Lutherus in 2. Disput. contra Antinomios, anno 1528. propos. 1. Statuit Dolorem de peccato & Propositum melioris vitæ. Hoc esse ait, *Disput. 3. Fidem in Deum, & opera bona.* Sic & Melanch. in *Apolog. Conf. 1. 1. 1.* assignat Contritionem, Fidem, Novam obedientiam. Sic omnes Molles Lutherani contra Rigidos Liliycianos; vt sunt Confessionistæ Saxonici.

III. CALVINUS *Infl. l. 3. c. 3. §. 8.* asserit duas: Mortificationem, & Viuificationem: id est, Abnegationem veteris hominis, seu vitiorum totâ vitæ; seu Consolationem ex Euangelio, *Ibid. §. 1.* vult Fidem esse priorem Pœnitentiæ; idque contra Lutheranos, quos refellit; qui Terrores incussos priorem partem Pœnitentiæ affirmant, prodromum Fidei & Doloris.

SVADENTISTIS. 1. Calvinus §. 8. *Isa. 1. Quiescite agere perversè discite bene facere.* *Plal. 34. Declina à malo, & fac bonum.* 2. *Ibid. c. 4. §. 1. Quia, Pœnitentia est, Antea facta peccata deslere; & stenda non committere.* 4. *dist. 14.*

3. *Kemnitius par. 2. Exam. pag. 941. Quia, Lex diuina peccatores minis terret: Euangelium consolatur propositâ Christi iustitiâ, quæ per Fidem apprehenditur. Ecce duæ: Terror & Fides.* *Marc. 1. Pœnitentiam agite, & Credite Euangelio.* *Act. 10. Testificans in Deum pœnitentiam, & Fidem in Iesum.* 4. Idem. Partes Pœnitentiæ esse visibiles debent: Terrores sunt signa externa Contritionis interna: & Fidei Confessio exterior, teste Scriptura. Ergo duæ sunt partes. Satisfactionis opera Pontificiorum non habet mandatû in Scriptura. 5. Pontificiis tres partes etiam hypocrite præstare queunt: & iis tamen tribuunt remissionem peccatorû. 6. Iudas Fide carens speclali habuit tres partes pœnitentiæ Pontificiæ; & desperauit. 7. Tres eæ sunt summe ex ritibus publicæ pœnit. abrogatæ. 8. S. Patres loquuntur de pœnitentia quæ est mutatio vitæ; non quæ est remissio peccatorum; Hoc non attento Monachi tres partes pœnitentiæ sinxerunt.

AUTOR. I. TERROR ex minis

Legis incussus, seu Mortificatio Lutherana, non est pars Pœnitentiæ; cor tamè ad hanc præparat: alia enim requiruntur ad Conuersionem; alia sunt partes Pœnitentiæ. 1. Quia S. Scriptura distinguit Terrorem ab Pœnitentia. Vide *Antichristum p. 3. q. 31.* 2. Terrores est passio naturalis, non actus virtutis; estq; in pueris & brutis, quæ tamen non ideo sunt virtuosa. 3. Terrores sunt etiam in impœnitentibus, vt in dæmonibus, *Iac. 2. qui credunt & contremiscunt.* 4. Veram nonnulli agunt pœnitentiam ex mero amore Dei, qui nullos sentierint terrores: *Psilla, Luc. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

II. NEC FIDES est pars pœnitentiæ licet ad hanc requiratur vt dispositio. 1. Sic Scriptura, in Antichristo. 2. Partes pœnitentiæ sunt eæ actiones, quæ à virtute Pœnitentiæ manant: at Credere non est actus pœnitentiæ; sed virtutis Theologicæ. 3. S. Patres in definitionibus pœnitentiæ nunquam fidei meminerunt. Vt S. Gregor. *hom. 34. Pœnitentia est, praterita peccata plangere; & plangenda non admittunt.* Sic & Amb. 4. Niniuitæ, *Ioan. 3. ceciderunt in Deum, & pœnitentiâ prædicauerunt, egerunt; & tamen si eam spociale de remissis sibi peccatis non habuerunt: ideo ipem inter & merum dicitur bii dicebant: Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus.*

III. NEC OPERA BONA, post iustificationem facta, sunt partes pœnitentiæ. Quia multa bona sunt nulla cum relatione ad peccata præterita; sed ex solo amore in Deum, iuxta fixum semel propositum vitæ melioris.

IV. MORTIFICATIO & Viuificatio

ratio Calviniana non sunt partes Pœnitentia. I. Quia Calvinus & Beza volunt, Pœnitentiam, id est, duo illa esse fructus Fidei iustificantis; ideoque Fide posteriores: At S. Scriptura docet, Pœnitentiam esse viam ad Iustificationem: Ier. 18. *Si pœnit. egerit gens illa; agam & ego pœnit.* Act. 2. *Pœnit. agite, & baptizetur unusquisque. &c. in remissionem peccatorum, & accipietis donum Sp. Sancti.* Act. 3. *Pœnitentini, & convertimini, ut deleantur peccata vestra.* Act. 5. *Saluatorem excitavit Deus, ad dandam pœnitentiam Israël, et Remissionem peccatorum.* Erant igitur ambo Lutherani quod Pœnitentiam constituent in Dispositivis motibus ante pœnitentiã: Calvinista; in fructibus fidei iustificantis, qui veram pœnitentiam subsequuntur.

2. Quia, Luc. 13. *Iusti non egent pœnitentiã.* sed Heb. 6 post *Fundamentum pœnitentiã ab operibus mortuis ad perfectionem ferimur.* Itaque peccatorum est pœnitentia: At Mortificatio & Viuificatio est iustorum, uti profectus: ergo partes esse pœnitentiã nequeunt.

V. Contritio, Confessio, Satisfactio sunt tres partes pœnit. Sed non illius habitus pœnit. qui virtus, simplexque est qualitas; nec Actualis pœnit. eiusdem, ut cuius effectus sunt tria illa: sed Pœnitentiã illius, quæ ad Remissionem in Sacramento ordinatur, ad quam tres ij Actus sunt necessarij: teste S. Scriptura in meo *Antichristo q. 31.* 2. Sic & S. Patres, apud *Bell. 1. Pœnit. c. 19.* 1. RATIO. I. Pœnitentia Sacramentalis non est quæuis peccati detestatio & punitio; sed quæ offensam Dei respicit, ad tollendum peccatum, & Dei amicitiam reparandam. Hinc dicitur, Act. 20. *Pœnitentiam in Deum, Act. 26.*

*Conversio ad Deum, & Ezech. 18. 33.* cuius finis est reconciliatio & iustificatio. Atq; illius est primum dolere de violata amicitia Dei; tum fateri culpam Deo; demum pœnã se subicere; idque coram Ministro Dei: nec enim immediatè nobiscum agit Deus. 2. Natura docet pueros tria hæc, cum se peccasse norunt: At Pl. 122. *Sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominum, donec miseretur nostri. &c.* 3. Ut tria sunt instrumenta peccandi, cor, lingua, manus; ita par est, eadem, Rom. 6 *servire iustitiã in sanctificationem.*

DICO AD I. Isaias ponit Pœnitentiam ante vitæ emendationem: at Calvinus postponit etiam eam iustificationi. Et Isaias docet Pœnit. esse Causam iustificationis, non fructum. At Psaltes numerat ibi partes iustitiã; non Pœnitentiã.

AD II. Non necesse est descriptionem rei omnes partes rei continere.

AD III. Terrores ij licet gignant pœnitentiam ut causæ; non ideo sunt eiusdem partes. Terrores præeunt, Consolationes sequuntur Pœnitentiam: ergo non sunt eius partes. Adductaq; loca repugnant Kemnitio.

AD IV. Esto, sunt signa; sed non ut partium concomitantia Pœnitentiam ad Deum: verum sunt antecedentia.

AD V. Possunt & alia sacra omnia præstare: ergone reiicienda?

AD IV. Iudas erat baptizatus, & à Domino communicatus: an igitur Baptismus & Eucharistia respuenda? Deinde Iudas non habuit tres eas partes, imò nullam: ideo spem remissionis non habuit, nam desperavit.

Vv AD

AD VII. Dicitur: nunquam docebitur. Nam tres eæ etiam in Veteri Testamento fuerunt vſitatæ, patet in Dauid, & Niniuitis.

AD VIII. Iudicium hoc temerariū est aut ignorantia, aut malitia. Id ſequens aperit quæſtio.

QVÆSTIO LXXXV.

*Quæ ſunt Pœnitentiæ partes Rituales?*

**A**VTOR. Historica hæc quæſtio eſt ac ritualis; non Controverſifica: niſi quantum Luthero-caluinista Kern. & Calvinus mentiuntur. Semper igitur fuit Pœnitentiæ duplex: *Publica*; in qua peccatum publicum publicè luebat: *Privata*, in qua priuatim priuata & occulta Sacramentaliter expiabantur, cum Secreto naturali & Sacramentali. *Publica* erat Solennis, alia Non ſolennis. *Solennis* erat de culpa publici ſcandali: ſemel in vita vni concedebatur: Sacerdoti non poterat imponi, niſi degradato: Quique ſolennem egiſſet, ad Ordines nequibat admitti. Nec coniugibus imponebatur ſine mutuo conſenſu; idque à ſolo Epiſcopo.

II. Pœnitentes *ordinem* tertium tenebant: Clerici primum; Fideles ſecundum. *Habitus* erat pullus, cilicinus, caputratum. *Tempus*, quo imponebatur, erat dies Cinerum: reconciliabantur in die Cœnæ, feria V. Pœnæ erant, abſtinere ab S. Synaxi; à nuptiis, militia, à patrinatu baptiſmali: Carere aditu ad Clericatum: Extremâ Vnctione priuari. Omni die Ieiuniorum humiliare capita Sacerdoti pro eis oranti: Sepelire mortu-

os debebant: Aliis ſtando orantibus, ipe genua fleſtebant. &c.

QVÆSTIO LXXXVI.

*Contritio an ſit actio bona, libera, & Evangelicæ?*

**L**UTHERVS *Diſput. 1. contra Antinomæ præſſ.* ait Contritionem eſſe ſentum legis in conſcientia, id eſt terror ex peccato & pœnis legis. Quia Ierem. 20. *Verba mea ſunt quæ ſi malem conterens parat.* Sic LUTHERANI RIGIDI in idem conſentiunt. Hæc ita in Ierem. 1. Non eſſe liberam, ſed extortam Pœnitentiam, non Actionem. 2. Eam pertinere ad Legem, non ad Euangelium. 3. Non eſſe opus bonum, quia omni opere bono ſpoliate. Sic Rigidi contra Molle Wittembergenſes; & Kernitius.

LUTHERANI MOLLES aiunt Contritio eſſe opus bonum, Actionemque Evangelicam. Sic in colloquio Altenburgerſi. Et CALVINVS *Inſtitut. 3. cap. 3. §. 20.* eidem & Nobiſcum ſentit.

**S**YADENT illiſc. 1. Ierem. 23. *Verbum meum contemneris, niſi boni, multa mala in ſe agnoſcere, & poenæ ſiquè digno: ſe iudicare.* 3. Terror eſt ad ſe, niſi fuga Dei, ſremiſque contra Deum, & via ad depurationem.

**A**VTOR. I. Contritio non eſt terror. 1. Docent metaphoræ: qui Conteri non eſt contremiſcere; nec contra: poteſt enim quis contremiſcere, & non conteri. 2. Humilitas ſemper a deſt comes Contritionis; at non ita terrori: patet in dæmonibus, qui contremiſcunt.

II. Contritio eſt Actio libera; non coacta. 1. Sic Scriptura in mco *Ant. chriſtop. 3. q. 32.* 2. Quia Contritio eſt gratum Deo Sacrificium. *Pſal. 50. oculos Domini trahens Iſa. 66.* habensque pro-

missionem gratia: At Passio nil agit, nil meretur. 3. Quia volunt esse passionem, quod eam esse terrorem fingant: at hoc falsum patet supra.

III. Contritio pertinet ad Euangelium: Testibus Prophetis, Christo, Apostolis, quae repete ex Antichristo. Ratio, Quia Euangelium etiam terret, & grauius, quam lex, minatur ignes inextinguibiles, vermes, stridores, &c. Lex vero etiam consolatur spe promissionum.

### QVÆSTIO LXXXVII.

*An includatur in Contritione odium peccati præteriti?*

**L**VTHERVS in se m. detrahit negat: sed potius vitæ nouæ studium. Confessio tibi, ait, plus discedendum est, quantum vitæ iustitiam, quam quantum odium peccati multoq; maiore imò solo hoc labore tibi cogitandum est, quemodoq; vitam bonam, quam in quo modo ois aut detrahit præterita mala. Verissimum est in prouerbium, & omni loquuntur hu. usq; de poenitentia præstantium. Optima Poenitentia. Noua vitæ. Ibid. Hæc tristitia, de peccatis præteritis, facit hypocritam, imò magis peccatorem. &c. Non ergo in usu d. Scriptura Poenitentia dicitur dolor, sed mutatio vitæ & consilii. Sic in epist. ad Staulum.

II. Sed in art. Smalcaldicis mutauit sententiam: quam tenent hodie nobiscum Lutherani, & Calviniani.

SVADET Lutherus istis. 1. Quia Laëtantius ait *μὴ δόλαιον*, significare Resipiscendum: non odium peccati. 2. Gal. 6. In Christo IESV neq; Circumcisio, neq; præputium aliquid valet: sed Noua creatura. 3. Quæ. 2. c. 1. secundum Deum tristitia est, poenitentiæ in salutem stabilem operatur. q. d. non actæ vitæ odium, sed amor no. 2. Nam factum infectum fieri nequit itaq; factum dolere, stultum est.

AUTOR. Peccati memoria & detestatio necessaria est poenitenti. Teste in Scripturis Deo, Prophetis, Christo, Apostolis, s. Patribus, ac ipsismet Luthero-Caluinistis: apud Bell. 2. c. 4. Adeo ab omnibus peccatores ad odium peccatorum

vocantur. Manet igitur illud S. Gregorii hom. 34. in Euang. *Pœn. est mala perpetrata plangere; & plangenda non perpetrare.* Quia naturalis est mortalibus Synderesis, male facta flagellans intus verbere cœco. S. Aug. l. 50. homeliarum hom. 27. *Nemo eligit vitam nouam, nisi quem veteris poenitet.* Nec secus intelligi Poenitentia potest.

DICO AD I. At ibid. l. 6. diuin. Infit. c. 24. addit, *eos verè respiscere, quos errati poenitet.* Et vanum est insistere etymologia vocis magis, quam vsui.

AD II. Poenitentia, vt & Baptismus, est via ad nouam creaturam: non ampli<sup>2</sup> Circumcisio Proinde dicitur, Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Act. 8. *Pœnitentia n. age ab hac nequitia tua.*

AD III. Ibi tristitia non est dolor de peccatis, sed mœror de obiurgatione natæ, inducens ad poenitentiam.

### QVÆSTIO LXXXVIII.

*An includatur in Contritione Propositum rectè viuendi?*

**L**VTHERANI variant. I QVI Contritionem Fide pro. em esse vident, & Poenitentiam diuidunt in Contritionem & Fidem; Contritionem definiunt terroribus & odio peccati; Fidei vero esse factum aiunt rectè viuendi propositum. Sic ferè plerique

II QVI Contritionem Fide posteriorem afferunt, vt Lutherus, & Calvinus *Iust. 1. c. 3.* hi admittunt bonæ vitæ propositum in Contritione contineri.

SVADENT itaque priores istis. 1. David tantum dixit, *Peccati.* Nimirum solum poenitentiam egerunt oratione & ieiunio: sic prodigus, sic Publicanus ad. 1. de proposito illo. 2. Contritio sufficit ad veniam: at proprie solum includit actum quod nollemus offendisse Deum sine proposito aliter viuendi: ergo sine hoc per illud solum iustificari possumus. 3. Dolor de peccatis admissis virtute includit melioris vitæ propositum ergo sufficit solus, &c.

V V E A V

AVTOR. Orthodoxi in Contritione esse necessarium recte viuendi propositum consentiunt; et si in hoc, Virtuale an Actuale requiratur, dissentiant: potiores volunt actuale. Hoc misso; sat prius.

1. Quia formale Propositum requirunt ista, Amos 5. *Odiu malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium; si forte misereatur Dominus: Isa. 1. Quiescite agere peruersè; discite bonum agere: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam à peccatis. &c. & custodierit omnia praecepta mea. &c. Eph. 4. Deposite vos veterem hominem. &c. Renouamini autem spiritu mentis vestrae; Et induite nouum hominem: id est, ait Concil. Trid. Sess. 14. Can. 4. Dolor sit de peccato comisso, cum proposito non peccandi de cetero. Ita & Concil. Florentinum.*

DICO AD I. Non omnis dicens, *Peccauit*, iustificatur: quia & Iudas dixit, *Matth. 27.* Itaque hic oderat peccatum; sed sine proposito emendationis: Dauid cum proposito & non peccandi, & se emendandi.

AD II. Minorem negant Concilia Florent. & Trident. & *S. Tho. 3. q. 87. art. 1.* Quia nomen *peccatoris*, ait Tertull. lib. 2. ad Marcionem, non ex delicti confessione; sed ex animi demutatione compositum est.

AD III. Dolor peccati, & Propositum emendationis quia mutua conjunctionem habent necessariam; ideo nec ille solus, neque hoc solum sufficit.

#### QVÆSTIO LXXXIX.

*An Contritio sit necessaria ad Remissionem peccatorum?*

LUTHERVS in Assert. art. 11. *Si per impossibile, confessus non esset Contritus; aut Sacerdos non serio, sed ioco absoluisset; si tamen Credit se absolutum, vere est absolutus. Dixi, per impossibile: quia Fides sine Contritione esse non potest, cum gratia non infundatur nisi cum magna conuersione animæ. Clare art. 11. Si Sacerdotis Absolutionem obtinueris, Crede fortiter te absolutum; & absolutus eris: Qui quid sit de Contritione. Itaque Contritionem non negat absolute; sed ad remissionem peccatorum esse necessariam negat: quod Contritionem postponat fidei, quæ sola ipsi iustificat. Sic & CALVINVS Inst. l. 3. c. 3. §. 1. nullam agnoscat Contritionem, quæ præcedat Iustificationem: cum Pœnitentiam velit esse fructum fidei iustificantis. Itaque præscripta penitentia exulat iis Contritio.*

ILLUTHERANVS, vt Remittitur p. 2. Exam. p. 2. Melancthi. Contritionem asserunt necessariam ante Confessionem: omnesq; ij, qui Pœnitentia partem ponunt, Contritionem; posteriorem, Fidem esse volunt. Itaque illi, non hi, pugnant Eccl. scilicet:

SVADENTQ; illis. I. Sacramenta confessionem non ponunt obicem; sed obicem non ponunt, qui vitam nouam proponit, & nullius peccati completam seruat; nisi non te ipsa deteleatur peccatum. Prou. 10. *Vniuersa delicta operit charitas, vt sufficiat iustificationem, ergo nil opus confessione.*

RATIO. Contritio saltem imperfecta, id est, Attritio est in adultis omnino de necessitate mediæ ad remissionem peccatorum. Ita Concil. Trid. Sess. 6. C. 14. 1. Quia Luc. 13. *Nisi pœnitueritis omnes similiter peribitis.* Act. 3. *Pœnitimini, & conuertimini; vt deliantur peccata vestra &c.* 2. Quæcunque sunt de necessitate mediæ, eadem sunt & de necessitate præcepti; Vnde Contritio præcepta esse debet in S. Scriptura vt medium ad salutem. 3. Impœnitentia est summum peccatum, & prohibita: ergo Pœnitentia est præcepta.

DICO AD I. Sic habetur odium peccati implicitum; quod in actu sufficit.

cit, sicut & Votum Sacramenti.

AD II. Vbi charitas, ibi & iustitia est; abest peccatum: sed ea præsupponit Contritionem.

QVÆSTIO XC.

Quantâ opus Contritione ad remissionem?

LUTHERANI, vt Kemnitiuſ p. 2. Exam. pag. 964. *Impossibilis est sufficientia & perfectio contritionis: Et eius persuasio facit vel Pharisæos, vel desperabundos. Conscientia enim nunquam certa de sufficientia semper dubia manet de remissione. Item CALVINVS Inst. l. 3. c. 4. §. 2. Conscientia miris modis torquentur, dum sibi debitam peccatorum contritionem imponi vident, nec assequuntur Debiti Mensuram. Et §. 3. Ostendant vnum, qui huiusmodi Contritionis doctrina vel non sit ad desperationem ad actus: vel simulationem doloris iudicio Dei opposuerit.*

AUTOR, I. Luthero-Caluinistæ suæ doctrina pœnitentiæ fideles adigunt ad desperationem. 1. Quia ad remissionem requirunt acrem, veram, seriâ Contritionem: Atqui hæc debet esse ex toto corde perfecta; iuxta Deut. 4. *Inuenies Domium, si ex toto corde quaesieris eum, & tota tribulatione animæ.* Deut. 30. Rursus: At talem, (sicut & Dilectionem) afferût aduersarii esse impossibilem in hac vita. Ergo necessariò impossibile est remissio peccatorum: quæ est Desperationis doctrina.

Mentitur itaque Calvinus à nobis requiri parem itæ Dei; quæ, vt infinita, est homini impossibile. At S. Scriptura nil impossibile exigit: exigit autem, Ioël. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et sic conuersos aliquos testatur: 4 Reg. 23.*

*Similis illi non fuit Rex, qui reuertetur ad Dominum in omni corde suo. Item & conuertendos: Ierem. 24. Ego ero illis in Deum, qui reuertentur ad me in toto corde suo.*

II. Dolor de peccatis debet esse summus Appretiatiuè: scilicet in appetitu Rationali, quo Voluntas summè detestatur peccatum. 2. Non autem Intensiuè, scilicet in appetitu Sensitiuo; in quo moralis possibilitas sufficit. Quia hoc est conuerti toto corde; licet alii magis, alii minus habeant sensum doloris: at Voluntatem habere oportet omnes. 3. Neque certum gradum doloris Scriptura requirit: Nam ea præcipit nobis cognitu, factuque humanitus possibilis; at de gradu nil docet. 4. Neque opus vt tot sint actus contritionis, quot sunt peccata; etsi perutile foret. Quia Pœnitentia esse momentanea potest. Isa. 30. *Cum reuersus fueris; saluus eris.*

QVÆSTIO XCI.

Contritio an sit Causa Remissionis, idque etiam tantum Voto Sacramenti?

LUTHERVS in Assert. art. 12. *Volo contritionem: sed dico eam non operari iustificationem aut remissionem peccatorum: Fides enim in Verbum Dei iustificat & purgat. Sic & CALVINVS Inst. l. 3. c. 4. §. 3. Kemnitiuſ, &c. Quin hic etiam pertendit, Contritionem nec cum voto Sacramenti operari remissionem ante Absolutionem.*

SVADENT istis. 1. Charitas præcedens Contritionem causat remissionem: Luc. 7. *Remittuntur ei, quia dilexit* scilicet antè, non iam diligit. &c. Plura Bell. l. 2. c. 14.

AUTOR, I. Contritio verè est causa remissionis. Sic omnis Theologia;

Vv 3 &

& Conc. Trident. & S. Scriptura, in meo Antichristo, part. 3. q. 34. Itemq; S. Patres. Et tamen gratis iustificamur; quia Contritio est ex dono Dei; cui cooperatur cō- tritus, & meretur in gratia gratiā auctio- rem, de congruo, ex Dei benignitate; quod meritum est non simpliciter, sed a- liquo modo. Sic Aug. epist. 106.

II. Contritio cum Voto Sacramenti operatur remissionem etiam ante Ab- solutionem. 1. Peccavi Domino: 2. Reg. 12. Et continuo Nathan ait: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Psal. 31. Dixi: Confitebor adversum me iniustitiam meam: Et tu remisisti impietatem peccati mei. 2. Caritas efficit filios Dei, 1. Ioann. 3. ac proinde hæredes Dei, Gal. 4. 3. In articulo mortis, fatentur ipsi ad- versarii, si non adsit Confessarius, aut Baptizans, potest quis iustificari contri- tione cum voto Sacramenti.

DICO AD I. Dilectio est dispositio ultima ad remissionem, coniuncta cum Contritione.

AD Remittitum: Vult cum suis, Fidem solam iustificare: Hæc si excite- tur ante Absolutionem auditione, lectio- ne, aut Baptismi recordatione; quo- modo iustificatio non erit perfecta etiam ante absolutionem. Deinde Lutherus ait: Crede te absolutum, & absolutus es, etsi ioco absoluaris.

#### QVÆSTIO XCII.

An vllum peccatum Pœnitentiã non delatur?

NOVATIANI negasse videntur de enormibus pecca- tis teste Paciano epist. 3. Ambr. Sic. Idemq; Arma- chemus probabile esse censuit. I. Quia, 1. Reg. 2. si peccaveris vir in virum, placavi ei post se Deus; Si autem in Deum peccaveris vir, qui pro eo orabit? II. Pro. 1. Peccavi, & tenuisti. Sic. inus abunt me. & non exau- diam. III. Antiochus, 2. Mach. 9. orabat iustus De-

um, à quo non esset misericordiam consecutus. Ead. Heb. 12. postea cupiens habere benedictionem, reproba- tus est. Non enim inveniit pœnitentiã locum, quoniam cum lacrymis inquisisset eam. IV. Peccatum in Sp. Sanctum, est irreversibile. Mat. 12. Luc. 12. Mar. 3. 2. & Heb. 9. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & 3. Heb. 10. Volunt aut id peccatis nobis; post ac ceptam notitiam reverti, iam non relinquatur hostia pro pecca- to 4. 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, pro eo non dico, ut roget quis.

Vide supra quæst. 80. LUTHERVM ex parte, CALVINVM perfecte Nouatianisare. Vide item in Genealog. p. 3. q. 19.

AUTOR. Indubitatum est, esseq; debet; omnia peccata, quot, quanta & qualia sint, expiari Pœnitentiã posse. 1. Teste S. Scriptura in meo Antichristo p. 3. q. 35. 2. Sic definitio Ecclesiæ in Conc. Lateran. c. 1. 3. Ita S. Antiquitas S. Pa- trum ac Cōsensus: Hilar. Can. 8 in Mart. Ambr. l. 2. de Pœn. c. 4. Hier. Aug. Basil. Chrys. &c.

DICO AD I. Indicat Heli peccata in Deum, quam in homines, difficilius remitti, Et, quis orabit: ait S. Amb. l. 1. de Pœn. c. 8. non significat, nullus, sed quis sit signis amicus Dei: Qualis, Exo. 32. Moises exauditus est pro idololatria populi.

AD II. Illa de damnatis in orco di- cuntur. Sicut Matt. 25 fatuæ clamant, Aperi. Itemque, Luc. 13. talibus dicitur: Rescio vos. Sic Luc. 16. clamat in flammis E- pulo. Aut, qui ea de Viuis acceperit; is in- telligat obstinatè impœnitentem.

AD III. Antiochus corporis mor- tum morte tempore deprecatus est; non enim. Esau benedictionis locum non inuenit; quòd iam in alium esset translata.

AD IV. Resoluendum quaruntur duo.

Peccatum in Spiritum Sanctum quod sit & quale?

Sententiæ variant.

1. OR-



I. ORIGENIS in Mat. 12. Peccatum in Sp. S. est omnino, quod post Baptismum patrat, Quia finxit Patrem omnibus in rebus esse; Filium in solis Rationalibus; Sp. Sanctum in Fidelibus. Sic & NOVATIANI, teste Hieronymo epist. ad Marcellam.

At hoc refellit S. Athanasius.

II. S. AVGVSTINI in *Euch. c. 83. & serm. 11. de Verb. Dom.* Esse Finitalem impoenitentiam.

At hæc solum committitur in morte: in vita autem blasphemia in Sp. Sanctum fit: Ita verò est huius Circumstantia quedam, non ipsa est. De peccatis ergo Viventium Phariseorum loquitur Dominus, *Mar. 3.* Item Apostolus, *Heb. 6. & 10.* De impoenitentibus etiam in agone, *I. Ioa. 5. Est peccatum ad mortem. &c.*

III. D. THOMÆ 2. 2. q. 14. & Magister 2. dist. 43. Peccatum ex Infirmitate esse in Patrem: peccatum ex Ignorantia esse in filium: peccatum ex Malitia esse in Sp. S.

AT peccata Malitiæ etiam in hoc sæculo remittuntur. Neque peccatum Malitiæ est certa species peccati; blasphemia verò in Sp. S. est speciale: Vnde omnis blasphemia in Sp. S. peccatum malitiæ; sed non contra.

IV. Sententia Verior: Peccatum in Sp. S. esse propriè Agnitæ Veritatis impugnationem. Quia Spiritui Sancto propriè tribuitur Illuminatio mentium, & Operatio miraculorum: Vt, qui *Ioann. 16.* Docet omnem Veritatem: Et, *I. Corin. 12.* Diuidit singulis, prout vult, gratiam sanitatum, alteri linguarum, &c. Ita S. Patres Athan. Chryl. Hilar. Ambr. Hieronym &c. Peccatum in Sp. S. vocat Dominus illud Phariseorum, *Mar. 3. In Beelzebub eicit demonia.* Et, *Matt. 12. Ecce homo vorax & potator vini: dicitur blasphemia in filium ab S. Athan. Hieronim &c. at peccatum dicentium in Beelzebub eicit. &c.* esse in Sp. S. quod per

hunc facta miracula tribuerent spiritui nequam. Hinc negatio Petri, & persecutio Pauli non erant peccata in Sp. S. Nam illa ex infirmitate, hæc ex ignorantia acciderat.

Tale peccatum in Sp. Sanctum cur Irremissibile dicitur?

I. Theophil. & Abul. in *Mar.* Quia nunquam remittitur sine poenitentia vt malitiæ, non ignorantie vel infirmitatis peccatum.

AT ita omnia peccata malitiæ forent in Sp. S.

II. Richardus. Irremissibile dicitur ratione temporalis poenæ irremissæ post remissam culpam.

AT SS. Patres interpretantur id de irremissâ culpa; quia absolutè loquitur Dominus.

III. Athan. Hil. Hier. &c. Ita peccantes tardò ad veram peruenire poenitentiam; vt pote desertos à Deo, inque reprobum sensum datos.

AT tametsi verum hoc; temperandum tamen censet S. Chryl. in *Matth. 12. Ambr. l. 2. de poen. c. 4.* Alioquin omnis agnitam Veritatem impugnans desperare deberet: quod absurdum. Item nos pro talibus non orare oporteret.

IV. *Expositio Communis S. Patrum.* Irremissibile esse; non Absolutè: sed ordinariè, vt plurimum non curatur remitti: 1. Tum quia repudiat gratiam Dei; 2. Tum quia nil in se habet, vnde excusari possit: cum sit peccatum malitiæ; non infirmitatis, aut ignorantie. Veruntamè, *Matth. 19. Quod impossibile est apud homines; apud Deum possibile est.* Hinc RESPONDETUR ad *Hebr. 6.* Apostolum ibi de Poenitentia ante Baptismum adulatorum loqui. Vt hic nunquam renouatur, ita nec illa: quia ait, *rursum crucifigentes filium Dei: non erunt bapti-*

baptizamur, similitudini mortis Christi conformamur: at Christum oportuit semel tantum crucifigi; ergo & nos semel Pœnitentiâ baptismali renouari. Sic intelligitur hoc *Heb. 10.* Non relinqui hostiam, id est, non alium fore Christum crucifigendum. Ita Chryf. Amb. Istud: *Peccatum ad mortem*, dicitur, perseverans ad mortem: Ita *Aug. l. de corrept. & grat. c. 12 Amb. &c.* Et pro tali; ait Hieron *l. r. contra Iovin.* difficulter exauditur oratio: *Quis autem scit, ait, si aivem peccare ad mortem.*

## Q V Æ S T I O X C I I I.

*Contritio ex timore pœnæ num bona sit?*

**L**UTHERVS initio docuit, Timorem servilem, (quo solus pœnæ metu à peccato abstinetur, aut de eo doletur) facere hypocritas, & magis peccatores.

LUTHERANICÆTERI, & CALVINIANI affirmât Vilem esse, vt initium pœnitentiæ.

**S**VADET Lutherus istis, in *serm. de pœnit. & in assert. art. 6.* 1. Contritio ex metu legis violenta est, vt extorta; ideo auget peccatum; quia remoto mandato placeret peccatum. 2. Odium peccati, ortum ex metu, non est verum odium; sed verum est, quod ex amore iustitiæ ortur. Vnde illud non promanat ex sincero corde; ideo hypocritam facit. 3. Quia timor servilis est inordinatus; cum pœnam magis, quàm culpam timeat.

**A**VTOR. Ex Timore pœnarum orta contritio, est bona. 1. Teste Sacra Scriptura: quæ docet timorem servilem præcedere dilectioni in convertendis: ideoque incutit timorem, vt pœnitentiam meditentur conscii: Et illum à Deo inspirari asserit. 2. Ita Traditio Ecclesiæ, sanctique Patres. 3. Ratio: Quia naturale est timere malum Gehennæ, quod accidere potest. Deinde aut voluntatem, aut opus coërcet à malo: quod bonum. Demum ille timor est vnum è

7. donis S. Spiritus, vt initium sapientiæ. Ita S. Patres,

**D**ICO AD I. Non est coactum, quod deliberato suscipitur ac liberè; vt hic timor, vt pote à Deo inspiratus; Deus autem non potest autor esse peccati vel hypocrisis. Quod si is solum opus impediatur peccati, bonus est, sed non contritio; sin & opus & Voluntatem, contritio fit.

**A**D II. Dolor de peccatis ob timorem non est perfectum odium; ideo id vocamus Attritionem, non Contritionem.

**A**D III Imperfectus est, vt incipiens ab imperfectis ad perfectiora peruenitur. Et serviliter timentes, mali sunt; ipse timor servilis, quia etsi sit in peccatore; non tamen est peccatum, aut causa peccati; sed obstaculum peccandi.

## Q V Æ S T I O X C I V.

*Confessio an sit necessaria iure diuino coram Sacerdote?*

**L**UTHERVS I. *Capit. Babyl. c. de pœn.* Confessio locuta est vtilis, ac necessaria; Sed 1. Probat quæ ex scripturis. 2. Necessè non est confessio omnia Sacerdotibus. 3. Reprobat circumstantiam Confessionem. 4. In *Serm. de pœn.* Confessio esse non venialis; nec Mortalis omnia; sed tantum mortalitè mortalis; Alioquin, *art. 9.* nihil iniquius Deo, quod fecerit. 5. In *serm. de Confess.* anno 1520. Confessione in Sacerdotibus fieri solitam, esse à Papa institutam solo Melanchi. in *Conf. Aug.* Enumeratio peccatorum esse omnium impossibilem.

**II. CALVINVS** In *l. 3. c. 4. §. 7.* *Alia quæ fronte ausit contendere, Confessionem locuta est diuini. Cuius equidem vetustissimum est esse fauorem; sed quem facile euincere possumus se liberum.* Et §. 11. Confessionem Generaliter admittit Ministro faciendam in Ecclesia. Et §. 12. Privatam quoque coram Pastore, cum quis sic anguitur, vt expiare conscientiam

*solu non queat. Et. §. 19. Confessionem auricularem, rem adeo pestilentem, totque nominibus Ecclesie noxiam damnans, ac sublatam è medio cupimus:*

III. KEMNITIVS Confessione generali & penitentis instructione contentus est. Sic & Brentius in Conf. Wittenberg. artic. 11.

SVASIONES eorum infra subiiciemus.

RATIO. I Confessio in S. Scriptura significat variè. 1. Laudem Dei. Pl. 9. *Cōfitebor tibi Domine Rex & collaudabo.* &c. 2. Gratiarum actionem, Mat. 12. 3. Professionem fidei Rom. 10. v. 10. 4. Protestationem Veritatis, Ioan. 1. v. 20. 5. Explicationem culpæ Ps. 31. v. 5.

Et hæc fit variè: 1. Soli Deo ob solam spem veniæ; 2. Solis hominibus, ob alias causas. 3. Deo simul & homini. Ut Io. 7. *Fili, da gloriam Domino, & confitebre mihi, quid feceris.*

Et hæc quadruplex est: *Generalis* in publico & in genere: *Publica* discretata fit speciatim coram pluribus. *Auricularis* discretata fit in specie Sacerdoti coram teste Deo. *Et q. hæc propriorum peccatorum manifestatio fuit, accusatio, coram Sacerdote, cum spe veniæ, facta ab penitente ipsomet.* Ecce genus, Obiectum, Causam.

II. INSTITVTIO Confessionis Sacramentalis facta. 1. *Non in lege nature:* Quia nulla vnquam gens ante Christum tenebatur ad eam. Quæ tamen facta proditur, ea fiebat in ordine ad Deum solū; vt Gen. 2. & 3. Iob. 32 Sic S. Amb. 2. *Non in lege Mosaiica:* Quia Lex nihil addit ad perfectum; nullum enim Sacramentum operabatur ex opere operato. Io. 7. agitur de Confessione iudiciali, criminali & publica, idque de vno facto. 3. *Nec S. Iacobus* eam instituere potuit, vt Minister Christi. Sacramenta enim instituere so-

lius Christi erat: Et quia Vniuersali Lege vniuersalem Ecclesiam non potuit obligare, vt Vicarius vnus Generalis Petrus. *D. Tho. 3. q. 46. a. 2.* Promulgauit tamen cā vt Apostolus: & haud dubiè eius cohortationi obeditum est: sicque & vsitauit; Vt & cæteri Apostoli.

4. *Nec Vniuersala Ecclesia* instituit; sed accepit *instituzam* immediatè à Christo: Ita Conc. Trid. Sess. 7 c. 1. Tert. Cypr. &c. Præceptā vero tenemus Ioan. 20. vbi Dominus dedit absoluendi Potestatem: ergo & prius iudicandi: ergo ante iudicium & Cognoscendi: Cognitio autem fit ex Confessione. *Ratio:* Quia Ius Iudicandi non potest dari sine obligatione iudicandorum. Quocirca, vt Sacerdotes ad Absoluendum; ita Peccatores tenentur iure diuino ad Confitendum.

Præceptum hoc, tamen si quidam deducant ex Matt. 4. *Penitentiam agite,* Alii ex Ioan. 5. *Pater non iudicat quemquā: sed omne iudicium &c.* Aut ex lac 5 *Confitemini:* vt Aug. hom. 12 Chryl. hom. 9. ad Heb. &c. Certissimò tamen deducitur ex Ioan. 20. iuxta Conc. Trid. S. §. 14. C. 4. De præcepto autè diuino rursus præcepit Ecclesia Determinationem certam modi, temporis, casus & causæ. Idcirco Ecclesia suam Determinationem abrogare potest: non Christi Institutionem. Ipse Papa quoque Præcepto Diuino quidem tenetur absolutè & simpliciter: Ecclesiastico etiam; non quidem Coactiue, sed tamen Directiue. Quia licet sit supra Concilium; tam Legislator tenetur lege sua vel Antecessorum.



## QVÆSTIO XCV.

An Sacerdos iure diuino Iudex Confitentium esse doceatur ex Euangelio?

**L**VTHERANI æquè ac CALVINIANI negant esse Iudices Absoluentes; sed prædicatores Annunciantes Absolutionem à Deo factam Pœnitentibus: Ideoq; nullo iure opus esse Confessione, vt Sacramentali.

SVADENT istis LVTHERANI, 1. Melanch. in Apolog. Conf. Aug. art. de Confess. Dicunt, Iudicem debere cognoscere causam, priusquam pronunciet, hoc nihil ad rem pertinet: Quia Absolutio est executio alieni beneficii, nõ Iudicium. Idem in Locis anno 1543. de Confess. Quia differunt Iudicium & Euangelii ministerium. In Iudicio necesse est fieri Cognitionem: At Ministerium Euangelii est mandatum certum impertiendi beneficii, sc. annunciandi Remissionis peccatorum, siue nota sint, siue ignota. Infra: Ministerium est testimonium diuina Absolutionis. Infra. Quod Euangelium multis applicari possit, hoc testatur. Quodcumq; solueritis, &c.

2. CALVINVS Inlt. 1.3. c. 4. §. 18. Quod contendunt, Non fieri posse iudicium, nisi causã cognitã: in promptu solutio est: Temere hoc sibi arrogare, qui sunt à seipsis Iudices reati, &c. Ac si esset Iurisdictio Quæstioni adiuncta: Hoc in fuisse Apostolis incognitum; tota eorum Doctrina clamat. Ibidem ait, Remittere peccata, esse, polliceri credentibus ex Verbo Dei emissionem: Retinere, esse; edicere damnationem non amplectentibus Christum, Similia & cæteri.

AUTOR. Sacerdotes audiunt confitentes, & absoluunt pœnitentes vt Iudices. 1. Teste S. Scriptura in meo Antichristop. 3. q. 37. Neque negant aduersarii, Matth. 16. Tibi dabo &c. Matth. 18. Quæcumq; allig. &c. Ioan. 20. Quorum remisistis, &c. promitti, darique potestatem Remittendi peccata, & Retinendi; at negat Modũ Iudicalem; affirmat annunciãtẽ.

Nos hanc negamus; asserimus illã. 1.

Ex metaphora Clauis. Hæc dantur ad aperendum vel claudendum; non ad significandum esse clausum aut apertũ. Deus datur Magistratibus in signum potestatis practicæ, non significatiuæ. Hinc, Apoc. 3. Qui habet Clauim David; qui aperit, & nemo claudit; claudit & nemo aperit: hoc omnes exponunt de Iudiciaria Christi potestate: At suas Christus Clauis communicauit Petro & Apostolis: ergo & Iudiciariam potestatem.

2. Ex Ligare, & Soluere: Hæc actum sonant, non significationem aut annunciationem: alioquin fuisset dicendum, Quæcumq; ERANT, non ERUNT soluta: Et remissa fuerunt, non, remittuntur eis.

3. Ex Quorum, sc. non omnium in definitè, sicut Matt. 28. Prædicare Euangelium omni creat. &c. sed discretè, scilicet, quorum peccata iudicauerint absoluenda.

4. Ex ceremonia, Insufficiens: quod dicit sp. Sanctum peccata vt flammã frangi extinguendi: Iuxta Itã. 4.4. Deleui, vt misisset peccata tua. Non igitur impertit: Annunciandi Spiritum; quem Act. 2. in specula linguarum misit. Ita S. Patres.

5. Ex Ratione. Nam si Annunciandi tantum fiat ad significandum, peccata esse remissa per Fidem; ergo. 1. Annunciatio ea necessaria non est; iam enim fides perfecit quod necesse fuerat. 2. Perire nemo posset ex eo tantum, quod habere non queat sacerdotem à quo recõdillatur: cũ fides cũctis esse promissa queat: posse etiã sic perire testatur S. Aug. ep. 180. 3. Surdi reconciliari non possent; quia annunciantẽ non audiunt. Eccl. 32. Non effundas sermonem, ubi non est auditus. 4. Omnis homo, laicus, foemina, infidelis, absoluere posset; quia annunciare potest.

**DICO AD I.** Beneficium Redētoris factum constat omnibus in genere; at in specie an hic & ille &c. sint illius capaces, an non, hoc iudicium est; neu contra istud fiat: *Matth. 7. Ne mittatis margarinas vestras ante porcos.*

**AD II. Tit. 1.** Nec quisquam sibi sumis honorem Sacerdotalis iudicii huius; sed qui Vocatus à Deo est. Et ritè vocato ac exposto Sacerdoti data est potestas Cognitionis, & Iurisdictionis vel ad Absoluedum, aut ad retinendum.

### QVÆSTIO XCVI.

*An Cognitionem peccatorum pertinere ad Sacerdotes doceant Figura?*

**L**UTHERANI, vt Kemnitius p. 2. Exam. pag. 986. Et CALVINIANI negant: typos nostros refutantes.

**S**VADENT sic. 1. Calvinus Inst. l. 3. c. 4. § 4. *Misit Dominus Mat. 8 leprosos ad Sacerdotes. Misitne ad Confessionem? Quis unquam audiuit audiendis Confessionibus presertim Leuiticos Sacerdotes?* 2. Ibid. Leu. 13. 14. *De lepra pronuntiare, Sacerdotum est. At translato Sacerdotio, necesse est Legis translatione fieri. Omnia Sacerdotia ad Christum translata sunt in tota completa & finita.* 3. Ibid. *Importuna est eorum allegoria, qua legem merè politicam inter ceremonias reponit. &c. Ad veros Christi Ministros nil in hoc legale pertinet.* 4. Kem. *Quando quis adducebat hostiam pro peccato, Num. 5. Leu 5 non exigebatur, vt peccatum in specie Sacerdoti exponeret.* 5. Baptizandi, *Matth. 3. Mar. 1.* confitebantur peccata Ioanni in genere, non in specie; id est, Agnoscebant peccata sua, ita Calvin. & Kemn. 6. Calvin. Dominus Iudæis, non Apostolis de Lazaro dixit: *Soluite.* Neque allegoria valent ad confirmanda dogmata *Ad ignoscendum magis nos flectere debet iudicis exemplum; vt ne vincitum vellent, quem ipse soluit a morte.*

**A**VTOR. Typi præteriti ostendunt rem figuratâ præsentē; non directè probant subinde. Sicut tamen Baptismus & Eucharistia docentur ex Figuris in lege Naturæ, & Moylis, ex Christi promissione, ex Institutione, & Vtu: Sic & Confessio: Quanto magis hæc est de peccatis in specie faciendâ, corâ Ministro Dei Absolvente in Noua Lege, cum in Vetere sit facta absque Absolutione? Nam Adæ, *Gen. 3.* Abeli, *Gen. 4.* Minister erat Angelus consentibus: ait Ambr. Greg. Chryf. hom. 18 in Genes. 2. *Leu. 13. 14. Matth. 8.* Ostensio lepræ faciendâ Sacerdoti fuit typus Confessionis, ait Hieron. in 16. *Mat. Chryf. l. 3. de Sacerd. 3. Num. 5. Leu. 5.* Sacrificia offerebantur pro peccatis, loco satisfactionis: teste Thoma Wald. s. Antonino p. 3. 14. c. 6. §. 2. & Rabinis apud Galatinū. 4. Hoc de Lazaro: *Soluite; finite abire:* allegoricè interpretantur ad Absolutionem peccatorum s. Patres. *Ambr. l. 2. de par. cap. 7. August. Greg. 22. Mor. c. 13. &c.*

**DICO AD I.** Hæc sycophantia est. Non dicimus missos ad Confessionem: sed inde vt ex typo simili argumentum ducimus cum s. Chrysofomo & Hier.

**AD II.** Sacerdotium omne est ad Christum translatum; at eius executionem facit per Ministros, non per Se; sic & per hos iudicat de lepra spiritali. Vt igitur lege vetere completa lex Noua viget; sic & Sacerdotium nouum.

**AD III.** Non est politica; sed merè ceremonialis, & typica, nil pertinens ad laicos. Et esto; sit politica; cur non simul esse typica potest? Non igitur hoc ius legale ad Christianos pertinet; sed simile spiritale,

**AD IV.** In specie peccata edici solita docet ex Hebræo *Bell. l. 3. c. 3.* Vide etiam in *Antichristo p. 3. q. 37.*

**AD V.** Ipsi dicunt; non docēt, hoc est, fingunt. **AD VI.** Ad Apostolos dictum aiunt *S. Aug. serm. 8. & 44. de verb. Apost.* Et, *Greg. hom. 26. in Euang.* Hi mentiuntur Caluino. Et esto; soluere sint iussi. Iudæi, manet nihilominus similitudo typi. Et Caluini ista expositio nullius est *S. Patrum*; sola ipsius, & conficta.

#### Q V Æ S T I O X C V I I.

*An Iudicium Sacerdotale doceatur ex Apostolorum Vsu?*

**L**UTHERANI iuxta & CALVINIANI certatim negant: & *S. Scripturas* id afferentes secius interpretantur.

**SVADENTQ;** ita. Lutherus per *Actus*, *Act. 19.* intelligit in versione sua, *miracula*: Sic & Brentius. Kemn. vero actiones eorum intelligit, quæ non congruerent normæ Verbi Dei: Licet in specie sint aliqua confessi peccata; sed per modum exempli. 2. Melanch. *Illud, Confitemini alterutrum.* & c. intelligit de confessione offensionis in fratrem ad obtinendam veniam: Vel, ait Caluinus, de confessione peccati, quæ fit spiritali viro ut instruat, & oret pro eo Deum. 3. *Illud, 1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata.* & c. intelligitur de Confessione Deo facta, non homini.

**AUTOR. I.** Apud Ioannem, *Matt. 3. Mat. 1.* baptizandi confitebantur peccata sua: Quare sicut eius Baptismus figura fuit Christiani Baptismi: ita & Confessio ea typus Christianæ fuit Confessionis. Neque solum, ut Caluinus & Kemn. fingunt, agnoscebant peccata, idque in genere fatebantur; sed planè in specie; & agnoscere peccatorem sese, non est confiteri peccata. 2. De Lazaro iussit Apostolos Dominus, *Solvite*; Vbi *S. Iren. l. 5. c.*

*13. ait: Hoc symbolum est hominis, qui illigatus fuerat in peccatis.* Vnde mentitur Caluinus, soluere iussos Iudæos circumstantes: deinde Allegorias non probare dogmata posse: At tum probant, cum eas Scriptura explicat, aut *S. Patrum Cōlensius. 3. Act. 19. Multi Credentium veniebant, Confitentes, & annunciantes actus suos.* Ecce baptizati, post Baptismum lapsi, confitentur, Idque in specie actus suos, nō solum in genere: Et Paulo; non soli Deo. 4. *Dedit nobis, 2. Cor. 5. Ministerium Reconciliationis; & posuit in nobis Verbum reconciliationis: Pro Christo ergo legatione fungimur.* Hæc ad potestatem Clauium

pertinere, publicumque & priuatum earum Vsum fateatur Caluinus *Instit. l. 4. c. 1. §. 22.* At legatus ad reconciliandum alium cum rege suo nequit fungi munere fatre, nisi cognoscat causam & iudicet. 5. *Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra.* Hæc cohortatio præsupponit infallibilem Christi Institutionem. 6. *Si confiteamur peccata nostra, 1. Ioan. 1. fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra:* Non ait, si agnoscamus peccata, & confiteamur nos peccatores:

**DICO AD I.** Eam expositionem reiicit Consensus Patrum, & Melanch. Caluinus, Beza, Bullingerus, Sacerius, & c. Et inauditum est miracula dici actus nostros, cum solius sint Dei. Deinde, *ἀγγέλλω* significat distinctè annuncior: nam Syriaca & Hebræa sonat, *Numerantes peccata sua.*

**AD II.** *Orig. hom. 2. in Leu. Chryl. hom. 3. de Sacerdotio* exponunt de Confessione facta Sacerdoti. Sic & ceteri, *alterutrum*, id est, homo homini: Vt *1. Pet. 4. Gratiam in alterutrum administrantes.*

AD III. *Fidelis & iustus, respicit promissum Dei istud: Quorum remisisti, &c.* At hoc factum hominibus est: ergo & hic si confiteamur homini Sacerdoti, i. e. Confessione Sacramentali.

## QVÆSTIO XCVIII.

*Æqua sint argumenta Ius Confessionis diuinum negantium?*

ALVINVS Inst. l. 3. c. 4. §. 7. Confessionis *vetustissimū usum esse fatemur; sed quam facile possumus euincere, fuisse liberum. Certè nullam statam de ea fuisse legem ante Innocentii III. tempora, eorum quoq. Annales testantur.* 2. Idem ibid. *Constat fuisse politicam disciplinam ab Episcopis institutam: non legem à Christo, aut Apostolis positam: Exemplo Nectarii Episcopi Constantinopolitani ab eo deprauati, docere nititur; qui ob confitentis famelle consuetudinem cum Diacono, Confessionem abrogauit. Silex Dei erat auricularis Confessio, qui ausus esset Nectarius eam refingere?* 3. Chyfl. hom. 2. in Plā. 50. *Peccata tua dicit, ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere, que peccasti: dicitur quotidie ea in anima tua. Non dico, ut confitearis conseruo tuo, qui exprobrat: dicitur Deo, qui curat ea.* 4. Ibid. §. 9. *Delicta quis intelligit Pl. 18. & Pl. 37. Iniquitates mea supergressæ sunt caput meum. Quis suorum peccatorum nunc supputationem cogitet, ubi Dauidem videt suorum numerum inire non posse?* 5. Ibid. §. 18. *Qui remissionem à Christo obtinuisse videntur, non leguntur in aurem Sacrificuli confessi, quia Confessarii non erant. Et multis postea sæculis inaudita fuit hæc Confessio. Ergo Quoties ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Huic verbo qui audeat aliquid adicere, non peccata legat, sed Domini misericordiam.*

6. LUTHERANVS Kemnitijs par. 2. Exam. pag. 976. *Sicut misit me Pater, Ioan. 20. & ego mitto vos. At ipse ad Generalem Confessionem, ore, vel signis expressam, absolutionem impertiebatur; non singularum peccatorum enumerationem exegit.* 7. Ibid. pag. 1007. *Confessio Publica multis ab Episcopis in priuata, tempore De-*

*cii; Postea tempore Nectarii, Priuata est abrogata: ergo neutra necessaria est iure diuino. &c.*

AUTOR. DICO AD I. Christus Confessionem lege sancierat; ut nil opus esset vlli Concilio sancire. solum Concilia prisca determinarunt tempus. Cætera mentitur Calvinus.

AD II. Cuique Ecclesiæ vnus præponebatur Pœnitentiarius, orto more post exortos Nouatianos, negantes grauiora peccata dimitti: Is notoria peccata publicabat populo, ut pro eo Deum cōprecarentur; occulta, seruabat in secreto. Peccatrix autem illa imprudens & hoc peccatum cum Diacono publicabat ipsa. Ideo Nectarius abrogauit omnem publicam Pœnitentiam, saluā Confessione secretā.

AD III. S. Chrysostomus, Nectarii successor, abrogatam pœnitentiam publicam carpit læpius; priuatam nunquā. Et ibi loquitur de publica: nam ad priuatam non sequitur exprobratio. Deinde, quod peccatum dicitur in priuata, id Deo dicitur. Itaque priuatam suadet; dissuadet publicam.

AD IV. Enumeratio solum requiritur moraliter diligens de mortalibus: non exacta. Nam & Deo soli enumerare omnia cui possibile?

AD V. Quo tempore Christus autoritatiuè peccata remittebat; Sacramenta nondum instituerat: itaque ut sine baptismo, sic & sine Eucharistia iustificabat solâ voce aut voluntate. Et ipse Calvinus ait, Confessionis equidem *Vetustissimū esse Vsum fatemur: quomodo igitur multis inauditum sæculis? Proinde semper ita fuit, ut, qui verè ingemuerit, etiam mediæ veniæ desiderat at usurparit: quod Christianis est Confessio.*

AD VI. Kemnitii, *Sicut* hic non dicit similitudinem in omnibus; alioquin etiam uti Sacramentis non eguissent Apostoli magis, quam Dominus. Missus igitur Christus est ut Filius; Apostoli ut Ministri; ad eundem utriusque Finem, non Modum in omnibus.

AD VII. Adeo factum est, ut Episcopi tunc eam appendicem de publica Confessione adiecerint ad S. Canonem priuatæ teste Socrate. Quodque permaneret testatur calus sub Nestario postea factus: post quem accidit publicæ Coefessionis abrogatio non priuatæ. Quot in vno mendacia Kemnitii.

#### DE SATISFACTIONE ANNOTATIO.

1. CUM *Satisfactio* sit *compensatio iniuriæ factæ læsæ*; differt ab *Restitutione*, quæ *Rerum*; illa *Actionum æqualitatem* restituit: eò quod hæc *Datum in re factum*; illa *iniuriam actione* illatam respiciat. Deo autem inferri damnum nequit; iniuria potest: ideo *Satisfactio* ei, non *Restitutio* præstanda est ex iustitia.

2. IUSTITIA verò actionis duplex est: *Absoluta & perfecta*; quæ tantum redditur honoris, quanta fuit læsio. *Imperfecta seu conditionata* cum pacto, quæ redditur, quantum læsus paciscitur. Iam cum Deum inter & hominem esse æqualitatem non possit, solum conditionata cum iustitia fit læsio Deo satis, aliquæ intercedente *Donatione, & Acceptatione Dei*.

3. SATISFACTORIA COMPENSATIO conditionata respicit *Inæqualitatem Iustitiæ, & Amicitie læsæ factam*, D. Thom. 4. q. 1. art. 3. Hinc aliquando vna actio satisfacit Amicitie læsæ ad *Recõciliationem*;

sed non *Iustitiæ pacis* iam peccator pro læsæ Amicitie Deo satisfacere nõ potest: quia *Satisfactio Deo*, præsupponit *Acceptationem Dei gratuitam*; hæc, Amicitiam Dei. *Dein*, *Satisfactio* fit ad aliqualem æqualitatem: at læsio infinita & lædentis vilitas finita, nullam habere proportionem possunt: proinde nec Amicitie satisfactionem læsæ.

Hinc necesse, ut in satisfaciente expaeto insit, aliquod principium satisfactionis, simile Deo infinite bono; & hoc est Sp. Sancti gratia in habitans in poenitente: Hæc autem est merè gratuita *Donatio Dei*. Ex hac opus satisfactorium valet ex pacto Dei; Sic Volentis placere. Hinc axioma Theologicum manat: *Satisfactio non offertur Deo, nec exigitur ab hominibus pro Culpa; sed ab hac Deum nos iustificat gratis*, id est, eam condonat, Amicitiamque suam reddit. Et post hanc receptam gratis homo potest satisfacere. Quod negant hæretici.

#### QVÆSTIO XCIX.

*An remissa culpa maneat subinde puniendum debitum?*

LUTHERVS in *Afferi. art. 1.* affirmat, & cum eo partem Lutherani Nobiscum.

IDEM concione de indulgentiis anno 1546. negat: & cum eo CALVINVS *Iust. 1. 3. c. 4. 5.* ait, Deum non exigere poenas peccati; sed castigare solum paternè ad profectum nostrum.

SVADET Calvinus ita. 1. Chrys. hom. de Poenit. *Deus propter hoc imponit nobis poenam: non de peccatis sumens supplicium: sed ad futura nos corrigens*. Itaq; flagella sunt Paternæ correctiones, non Iudicis ultiones. 2. *Aug. 1. 2. de pecc. meritis*. Mors est nonnunquam exercitatio virtutis; etiam ordinatè sit poena peccati originalis.



## QVÆSTIO C.

An bonis operibus redimi possit remanens pœna temporalis?

**L**VTHERVVS in *Affert*, art. 5. etsi nomen Satisfactio nis respuit, pœnis tamen sponciandis manum Dei posse præueniri concedit & auerti. Sic & Martyr Keni- nitijs, cæterique Lutherani.

CALVINVS *Iust* l. 3. c. 4. §. 30. peccatorum pœnas vllis operibus redimi posse negat.

SVADET Calvinus ita. 1. Nullis operibus delicta procurare iubet; sed sola sacrificia in expiationem requirit. quod ita testari vult, vnicum esse Satisfactionis genus. Nam sacrificia Israelitarum non hominum opera censebantur; sed vnico Christi Sacrificio estimabantur. 2. Peccata tua eleemosynis redime: Non voluit significare, Iustitiam & Misericordiam esse Dei propitiationem, & pœnarum redemptionem. Absit enim ut alia vnquam fuerit ἀπολύτρωσις, quam Sanguis Christi.

**A**V T O R. I. Pœnæ Purgatorii redimi possunt operibus pijs. patet p. 1. sup. 2. Pœna in hac vita sunt aliquando necessariò tolerandæ; vt irredimibiles: vt Mors omniũ. Mors filii Dauidici: 2. Reg. 12. Moylis ex terra promissâ exclusio; q necorans fuit exauditus, Deut. 3. 3. Aliquando pœnæ hîc redimi possunt: Sic Niniuitæ, Iona vlt. pœnas auerterunt. Id, 2. Par. 7. promittit Deus Serem. 18. Daniel. 4. Peccata tua superbiæ, rapinæ. &c. eleemosynis redime. Nam, Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat.

**D**I C O A D I. Assumptum vtrumque falsi arguit S. Scriptura: adeo multa docet esse satisfactoria, præter sacrificia. Et hæc respectabant ad & Vnicum Cruentum, & ad Incruentum specie vnum, numero multa.

**A**D II. Patet solutio: Non voluit se Deum dicit; non docet, Calvinus: nec alius docuit hæctenus.

Quæ.

**A**V T O R. Pœnæ temporales remanent sæpè, post remissam culpâ; & ex remittuntur in vita Futura ex Condigno: in præsentia, ex Congruo: 1. Teste S. Scripturâ in *Antichristop.* 3. q. 38. 2. S. Chryf. *ibid.* ait: *Deus videt, quod peccatû ipsi non minus damnosum sit Non puniri: propter hoc imponit pœnam. Et ne inulti efficeremur deteriores, non remisit supplicium: sc: Vtilitatē magis quàm Vtionem intendit.* Iuxta *Olea* 6. *Misericordiam volo, non Sacrificium.* S. Aug. *ibid.* c. 33. 34. Pœnas, Dei amicos affligentis, esse materiam dicit virtutis: sed non negat esse etiam peccati vti- ones. Vnde in *Pl.* 50. ait: *Veritatem dilexisti, hoc est, impunita peccata eorum etiam, quibus ignoscis, nõ dimisisti. Sic prærogasti misericordiam; ut seruares & Veritatem?* 3. Calvinus *ibid.* c. 8. §. 6. *Non modo infirmitatem nostram præuenire; sed præsertim etiam delicta corrigere habet Deus; Vt nos in legitima erga se obedientia contineat. Proinde, quoties affligimur, subire protinus in mentē debet anteacta vita recordatio: ita reperiemus nos admisisse, quod dignum eiusmodi castigacione esset.*

**D**I C O A D I. Causa mortui filii Dauidis dicitur, 2. Reg. 12 non, vt in futurum caueat; sed quia blasphemare fecisti inimico nomen Dei, propter verbum hoc filius tuus mortu- rictur. Ideo etiam fleuit Dauid, ad luendam præteritum malum; non ad cauendum futurum.

**A**D II. Infantes mortem subeunt; at in quam exercitacionem virtutis? Planè in pœnâ peccati præteriti, Gen. 2. *Quæcunq; die comederis, morte morieris* Rom 5. *Et ita in omnes homines mors transit, in quo omnes peccauerunt.* E- ffit, sit quandoq; mors materies virtutis; nõ tamē, idè dicitur esse pœna peccati.

## QVÆSTIO CI.

*An opera laboriosa pœna temporalis  
expianda rectè suscipi sponte, &  
iniungi à Sacerdotibus  
possint?*

**L**UTHERVS in *Afert. art. 5.* Et si Ecclesia suos puniat ad Claves soluendi, 2. Melanch. in *Locis de Satisf.* similiter. Ecclesia rectè imponit aliquas mortificationes agentibus penitentiam. Mortificatio autem debita est aut dolor in contritione, aut patientia sustinens afflictiones. Vt David obiurgatus primum ex parte vero dolore; deinde calamitates pertulit. Infra. Non sunt mortificationes sine mandato Dei acersita corporis lacerationes; sicut Sacrificiis Baal. *Ex.* Hæc pertinent ad regulam 2. Frustra soluitur mandatis hominum. Pugnant istis; Non occides. Item, Habeto honorem corporis. 3. Kemnitius par. 2. Exam. pag. 1079. & Sufce, ras, & Iniunctas pœnas reuicis satisfactorias.

**A**VTOR. I. Rectè *Conc. Trid. Sess. 14. C. 9.* tres modos ponit Satisfactionum: Patientiam flagellorum Dei: Sufceptionem spontaneam pœnarum. Impositionem earum Sacerdotalem. De sponte susceptis Iob. vlt. *Inspienter locutus sum; idcirco me ipse reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere.* David, 2. *Reg. 12.* Sponte ieiunauit; humiliacuit, *Pl. 68.* panem sicut cinerem manducauit, *Psal. 101.* Achab, 3. *Reg. 12.* *Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* Niniuitarum pœnitentia merè spontanea fuit; At salutaris eadem. Ita S. Patres.

II. Pœnalia opera rectè ab Sacerdotibus imponuntur: Iuxta *Matth. 16. 18.* *Quacunque allegaueritis.* &c. scilicet ad pœnam æternam cum retenta culpa; aut ad temporalem dimissa culpâ; *ligata erunt; aut soluta.* Par enim potestas Clauium est & in culpas, & pœnas. Ita S. Patres apud *Bell. 1. 4. c. 5.*

*Ratio fauet.* Peccata ante Baptismum, facta sunt in ignorantia, incredulitate, à

carentibus gratiâ: at post cum patrata sunt scièter, in fide, in gratia exclusa: ideo omnem cum culpa pœnam tollit Baptismus; non verò semper pœnitentiarius iustè Minister huius ingratissimis pœnam imponat. 2. Coniuncta sunt Misericordia & iustitia Dei; ideo par est sic ab illa dimitti peccata, vt tamen & huic debitum pendatur. At licet Christi Passio fecerit satis; par est & nos ei compatiri vt sentia peccâtes puniamur eodem, &c.

**DICO AD LUTHERUM;** dicit; non docet; nec doceri potest.

**AD MELANCHTHONEM;** Si ea loca probarent eius intentum; iam argueretur Iob, David Achab, &c. *Mandata hominum* dicuntur vel contraria Dei mandatis, vel horum neglectoria; Alioquin obedientia homini præstita est grata. Et placet Deo pœn interior, & exterior. Neque hæc homicidiaria, aut corpori inhonora-

## QVÆSTIO CII.

*An Oratio, Ieiunium, Eleemosyna  
sint opera Satisfactoria?*

**M**ELANCHTHON in *Conf. Aug. &c. & in Synop. & in Locis*, negat ea esse iustifactoria quod tantum pro his abeantur, sicut ceremonias inutiles, ex humana traditione manantes. II. **KEMNITIUS** par. 2. Exam. ait esse ea diuinitus mandata; sed ad dies certos, modos, & pœnitentiam applicari superstitiose.

**A**VTOR. I. Ea non sunt solum Ceremonia; sed res & utilissimæ, & S. Scripturis commendatæ sunt, vt ad quæ cetera bona opera referantur ab Theologis: *Tum quia* satisfacere Deo debemus per nostra, quod fas & potest; itaq; de bonis Animi damus Orationem; de Corporis bonis Ieiunium; de fortuna bonis Eleemosynam: *Tum quia* ad tria vitia referuntur omnia, 1. *Ioann. 5.* ideo & remedia sunt tria; Ieiunium, Concupiscentiæ carnis

carnis; Oculorum, Eleemosyna; Superbia; Oratio: Quæ cum pœnola sint; rectè satisfactoria dicuntur, & sunt: teste Sacra script. 1. De Oratione: Pl. 49. *Inuoca me in die tribulationis; & eruam te*: Ecce mandatum, & promissum. 2. De Ieiunio exemplum constat Davidis. 2. Reg. 12. Præceptum verò & promissum, Ioh. 2. 3. De Eleemosyna, exemplū Tob c 1. præceptū & promissum Luc. 11. *Date Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis*. Itaque Tob. 12. *Bona est oratio cum Ieiunio & Eleemosyna*: Quorū regulæ exponuntur, Matt. 6. 4. *De cinere & cilicio est Iong*; Et Davidis, 1. Par. 21. Matt. 11. *Vnde S. Hier. ad 3 Iong*: *Saccus & Ieiunium sunt arma penitentia*. 5. De percussione sui, 1. Cor 9. *Castigo corpus meum, & ꝑꝑā dē*, id est ad vsque liuorem contundo. Luc. 18. *Publicanus percutiebat peccus suum*.

II. Hæc opera etsi quoad Modū, mādāta non sint, ideoque eatenus sint indēbita; non tamen sunt ingrata Deo; Sicut de Consiliis Evangelicis alibi docui. Num. 30. *vota de Ieiuniis sponte facta, erant grata Deo, & reddenda*. Sic & Baptistæ asperitas vitæ, Matt. 3. Luc. 3. Mar. 1. *et si nusquā in scripturis imperata*. Sic Annæ vitæ, quæ Luc. 2. *non recedebat à templo Ieiunij & obsecrationibus spontaneis &c.* Quibus hæretica vanitas euanida cedit oportet.

### QVÆSTIO CHII.

*An iustificatus verè Deo possit satisfacere pro reatu pœnæ temporalis?*

LUTHERANI etsi fateantur, quandoq; dimissa culpa pœnā remanere temporalem. Et pœnis sponte assumtis manum Dei præueniri & auerri: Deniq; Ieiunium, Orationē, & Eleemosynam, operaque laboriosa placere Deo: Satisfacere tamen pœnegant.

LUTHERVS in Assert. art. 5. *Vehementer odi, & sublatum vellem hoc vocabulū, Satisfactio, Quod non modo in Scripturis nō inuenitur, sed & periculosum habet sensum; quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satisfacere: cum gratus ille ignoscat omnia*. Melanch. in Apol. Cōf. Aug. *Hæc, tota res est commentitia, recens conficta, sine auctoritate Scripturæ, & veterum scriptorum, &c.* CALVINVS Instit. l. 3. c. 4. § 39. *Fingit Satisfactiones fuisse publicas excommunicatorum*.

KEMNITIVS p. 2. Exam. pag. 1087. *Ante Baptismum peccator recipitur in gratiam sine propriis satisfactionibus, propter satisfactionem Christi; post Baptismum lapsus non dimittuntur peccata absq; ulla propria ipsorum satisfactione, quam pro peccatis. S. orthodoxi.*

SVADENT ISTIS. 1. LUTHERVS, Ezech. 31. *Impietas impij non nocebit ei, quacumq; die conuersus fuerit*. 2. Adulteræ solum dētum, Ioh. 8. *Vade, & noli amplius peccare*. 3. *Dicant vel apicem Scripturæ pro peccato mortali debere satisfieri VII. annis; Vbi pro differentibus peccatis differens pœnas statuat Christus vel Apostoli? Hæc omnia sunt postea inuenta*. 4. MELANCHTHON. *olim satisfactiones fuerunt excommunicatorum publicæ pœnæ, quales. P. cœnicis, Orestis, Pelei, &c. solum exempli causa*. 5. *Cogitentur, ait, alia maiores causa calamitatum, & iram Dei exauscimus, & rursum veram consolationem nobis proponamus*. 6. *Delicamenta monachorum obsecrant Legem, & Evangelium, & amplificant dignitatem Traditionum humanarum*. 7. CALVINVS Instit. l. 3. c. 4. § 2. *Talibus mendacijs Satisfactionum, oppono gratiam peccatorum remissionem; quæ nihil in Scripturis clarior*. 8. *Qui dicunt post Baptismum resurgentibus esse per Satisfactiones; q; Sanguinem Christi nihil prodesse, nisi quatenus per Clauis dispensatur, volunt. At ipse est propitiatio nostra, &c. Plura talia apud Bell. c. 14. 15. 16. &c.*

AUTOR OPERA pœnalia verè sunt Satisfactoria Deo pro reatu pœnæ temporalis, ex Congruo; non ex Condigno. 1. Sic Scriptura in meo *Antichristo p. 3. q. 47*. 2. Sic Traditio & veteris Ecclesiæ, & S. Patres, apud Bell. l. 4. c. 9. *prolixè recitatos: cum obgannitiunculis Sectariorū*.

DICO AD I. Non nocet, sed conuerso; quoad mortem æternam; temporaliter tamē nocere potest; sicut iusto sua iustitia prodest ad tēporale præmiū. Quot enim, quantoq; post conuersionem hinc puniunt. Yy AD

AD II. Nil hinc constat de condonata satisfactione: nisi exemptam à lapidatione fuisse. Dein, factū Autoritativæ potestatis non conferendum est facto potestatis ordinariæ.

AD III. Id ostendisse nil ad rem facit. Nam fatemur determinationē satisfactionum quoad tempus, modū &c. At tamen Davidi Deus 2. Reg. 24. remisso peccato distulit septennalem pœnam, aliam trimestrem, triduanam aliā. Item Nabuchi pœna septennis erat. Deut. 24. *Promensura delicti erat & plagarum modus.* Apoc. 18. *Quantum se glorificavit & in deliciis fuit: tantum date ei tormentum & luctū.* En differentes pœnas.

AD IV. Christiani de Satisfactione doctrinam habent ex S. Scriptura, non ab ethnicis Nec causa exempli, sed mandati, ac promissi præstari docetur: idque sponte, sæpè occultè: ut Achab, 3. Reg. 21. Ioram, 4. Reg. 6.

AD V. Solum memorat immissas à Deo afflictiones necessariò ferendas: quæ etsi possint esse satisfactoriæ: inas tamen eas propriè dicimus, quæ sponte assumuntur, aut à Iudice spiritali imponuntur.

AD VI. Satisfactiones obscurare legem, repugnat S. Scripture. Nam, Mat. 19. *Hæc omnia, mandata, servavi à iuventute,* dicenti, offert Dominus Consilium, *Vende que habes. &c. & sequere me.* Ergo plus valet præstare Christianus quàm præceptum sit, cum Dei gratia. Alia duo, Obsecrari Evangelium, Amplificari Traditiones: falsa sunt & conficta. Itaque opera satisfactoria dicuntur in debita, id est, quæ in debita essent, si in innocentia maneremus.

AD VII. At ea asserit S. Aug. hom.

50. c. 15 *Non sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere: nisi etiam deus, quæ facta sunt, satisfiat Deo per penitentia dolorem. &c. cooperantibus elemosynis.*

AD VIII. Ita omnis S. Patrum docuit contentiens Antiquitas.

## X. DE EXTREMA UNCTIONE, & ORDINE.

### QVÆSTIO CIV.

*Unctio infirmorum an sit propriè dictum Sacramentum teste S. Scriptura?*

LUTHERUS lib. Capt. Babil. non tenet illam negat esse Sacramentum.

CALVINUS Inst. l. 4. c. 19. § 18. 9. &c. KEMNER Melanch. Brentius, Magdeburgenses, negant esse Sacramentum: & perulantes dicunt: cum priscis hæresiarchis. Vide *Genealog. p. 1. g. 21.*

SVADENT refutatio unctis nostræ probationis. I. *Lutherus, Kemner, Epistola* non est canonica, et ite Hieron. lib. de Script. Eccl. f. 75. *Euseb. l. 3. hist. c. 25.*

II. *Lutherus, Si esset Iacobi, dicerem, licere Apostolo suâ autoritate Sacramentum institueri.*

III. *Lutherus, Wicleff, Melanchthon, Brentius, Calvinus &c.* Ea erat unctio, quæ morbo miraculosè curabant: Wicleff ait, naturaliter: Melanchthon, partim naturaliter, partim miraculosè. Ideo non magis fuit Sacramentum, quàm Probatica, lutum cum spuro, quæ Siloë: 1. Quia Iacobus loquitur ex Marco qui de unctioe curationis, non miraculosè loquitur. 2. Quia Iacobus utitur vocibus corporalis sanationis *εγερσω, & aquas.* Iacobus loquitur solum ad homines sanandos, nullo perpetuationis iudicio. IV.

IV. Lutherus, Calvinus, &c. Alii tunc fuit, alius nunc unguendi ritus est. 1. Tunc quicumque inebentur inungi; nunc moribundi. 2. Seniores aduocabantur; nunc vnus Sacerdos. 3. Tunc olei simplicis vsus erat; nunc benedicti.

V. Iacobus eum effectum tribuit orationi; non Vnctioni: *Oratio fidei saluabit eum.*

VI. Calvinus, Sigebertus prodit hunc Ritum ab Innocentio I. institutum; *Commissum* à Felice IV. anno 528.

AVTOR. Extrema Vnctio est propriè dictū Sacram. à Christo Institutum: Promulgatū à S. Iac. c. 5. Traditū ab Ecclesia. *Cor. Irid. Sess. 7. c. 1. & Sess. 14. c. 1.* dicit id *Mar. 6.* esse Infirmarū, id est, adumbratū.

I. Tametsi sentiat quidam *Mar. 6.* esse Institutū: Quòd Christus omnia Sacram. ante passionem instituerit; idq; nusquā alibi prodatur: Et quòd ea Vnctio animas etiā lanarit, Sanior tamē, & potiorū, est sententia, istud negantiū. sed solā Iacobi nitentiū promulgatione. 1. Quia Vnctio Marci dabatur promiscuè agris, cæcis, lurdis, 2. Ab nondū Sacerdotib<sup>9</sup>.

3. Referebatur ad solā corporū sanationem de alia nil extat. 4. Dabatur etiam non baptizatis, imò infidelibus. 5. Sanabat ex opere operātis solū. At Vnctio Iacobi dabatur solū agris ad mortem: 2. Ab solis Sacerdotibus: 3. Ad animas à peccatis liberandas primariò: 4. Solis baptizatis: 5. Sanat ex opere operato animas. II. Iacobi c. 5. Omnia ad Sacramentū requisita sunt præstò. *Ritus*, Olei vinctio; *Promissū*, alleuiatio, & remissio: *Institutio* colligitur ex tam indubitata Apostoli promissione. &c. Vide *Antichristum* p. 3. q. 41.

III. Sic Traditio & Conciliorum & Patrum apud *Bell. c. 5.*

DICO AD I. Est Canonica, teste omni retrò Antiquitate. Clemens Can.

vlt. Apost. Innocentius I. Gelasius: Concilia, S. Patres. S. Hier. ait, Quibusdam vitam esse nō canonicam: Sic & Eusebi<sup>9</sup>: qui addit: *Nos autem scimus esse in Ecclesia publicè receptam.*

AD II. Non instituit S. Iacobus: Superbia verò Lutheri ingens sic audentis resistere Apostolo. Sique scriberet à se institutum; credendum esset factum ex speciali iussu Domini.

AD III. Non loquitur de Naturali curatione; Quia oleum non est medicinale ad quosuis morbos, vt *Mar. 6.* erat. Nec ad animarum morbos, vt *Iac. 5.* Item miraculosè curātes vtebātur plerūq; noxiis: Vt Serpente æneo Moyses, Helisæus aquā Iordanis, Isaias malsā ex ficis: Dominus luto ad oculos. Petrus vmbra, Paulus sudariis. &c. Quò certior fides erat miraculo. Quare solū de Sacramentali vnctione fit sermo. Vide in Antichristo. 2. S. Iacobi verba potissimū referuntur ad sanationem animæ; ad corporis, per accidens: Vnde, *si in peccatis fuerit, remittetur ei.* 3. Necessè est Sacramēta perpetuare: at hoc ad singula verbis exprimi necesse non est. pater in Baptismi institutione.

AD IV. Vnctio fit, vt remedium supernaturale; cū spes vitæ desit, mediūq; naturale. Itaq; extremè laborantes iubet inūgi, *ndp vorta*, id est, deficientē, qui extirre nequeat, adiri debeat ab inductis Presbyt. Deniq; si iubeat Iacob<sup>9</sup> omnes inūgi ægros; cur Sectarii nullū inungunt? 2 Dicit Presbyteros inducat sicut dicimus, peccator confiteatur Sacerdotib: Qualitas personarū, non numerus indicatur: 3. Iubet ægros quid agant; non Sacerdotes, quale adferant oleum; id quod eorū relinquit officio: Neq; negat oleum prius esse benedicendum. Yyz

AD V. *Oratio fidei* dicitur hic non fides Ministri; sed *Verbum Sacramentale*, quod S. Aug. vocat *Verbum fidei*: Et hoc includit materiam Vnctionis, non excludit, vt Sectarii volunt: itaque simul vtrumq; operatur. Et in aliis Sacramentis sæpè tribuitur effectus alteri partium; Vt Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum*.

AD VI. Innocentius I. præcessit Felicem plus centum annis: & hic nec gryde Extr. Vnctione: Ille ep. 1. c. 8. dicit esse Sacrament. teste S. Iacobo: non instituit.

#### QVÆSTIO CV.

*An Sacramentum Vnctionis etiam aliunde doceatur?*

LUTHERANI & CALVINIANI doceri alicunde vsquam posse negant.

SVADENT id istis. 1. Lutherus. *Vnctio non habet effectum infallibilem: quod paucissimi sanantur*. 2. Calvinus. *Si Sacramentum colligitur ex eo, quod inungebant oleo & sanabant: debet etiã colligi ex eo quod luto spuro, aquã Siloë sanauit Dominus*. 3. Kemnit. *Vnctio ea originem ducit ab hæreticis & ethnicis. Nam Valentiniani, teste Irenao l. 1. c. 18. ungebant per modum Sacramenti, sine dono curationis. Ethnici, teste Virgilio, corpusq; lauante frigentis, id est mortui, & unguunt. Vnde Apuleius l. 9. de asino aureo id vocat vltimum lauacrum. Similia Dionys. c. 7. de Eccl. hierach. 4. Kemnit. *Primum Apostoli sanabant oleo vulgari: dein alii benedicto, vt plures Sancti, Martinus, &c. Tandem cum cessassent miracula; ne otiosa maneret ceremonia, Felix IV. voluit ungi infirmos*.*

RATIO. S. Vnctionem inde à Christo autore Sacramentum fuisse testatur Vfus tam certus, vt circa eum nulla quæstio facta legatur, nisi anno 402. Egubino Episcopo percunctante ex Innocentio I. an Episcopus dare Extremam Vnctionem possit; an solus Sacerdos? Et Mag-

deburg. ex hoc probant consuetudinem ungerendi ægros illo sæculo. In Conc. Nicæno distinguitur oleum infirmorum ab oleo Chrismatis, & Catechumenorum.

RATIO suadet esse Sacramentum, in Conc. Trid. Sess. 14. Dei prouidentia conluluit ingressui hominum in Ecclesiam; & progressui in ea; & defuisset egressui, in quo summa salutis vertitur.

DICO AD I. Concilia & Theologi consentiunt, sanitatem corporalem promitti conditionaliter. Si saluti animæ expedierit. AD II. De luto /puto &c. mediis aliis miraculorum sanationis non extat præceptum, vt ea vsurperemus: nec promissio gratiæ; nec certus Minister designatus.

AD III. Hæretici ungebant mortuos non morituros, *Epiph. her. 37*. Item aqua & oleo perfundebant eos loco baptismi. Item utebantur horribilibus verbis hebraicis. Ethnici verò mortuos & laudabant, & ungebant; vt perinde baptismus per id impugnari possit, ac extr. Vnctio. Nec vnctionem Christiani ab ethnicis, sed hanc eam ab Hebræis sumerunt. Hinc datur Magdalena, quod Matt. 26. *Ad sepelendum me fecit*; Ioan. 19. *Sicut mos est iudeis sepelire*.

AD IV. Dicit de vtu simplicis olei non docet idque contra Clement. Conf. l. 8. c. 35. Basilius, qui olei, benedictionis refert ad Traditionem Apostolicam. Itemque Beda in *Iac. 5*. Cætera similiter fingit Kemnitius.

#### QVÆSTIO CVI.

*An Ordinatio sit vere & proprie Sacramentum?*

LUTHERVS, lib. de Capt. Babyl. Illyricus in Conf. An. Interp. c. 11. Kemnit. p. 2. Exam. pag. 1162. Negant. Cal.

CALVINVS *Inst.* l. 4. c. 14. §. 20. & c. 19. §. 31. affirmat: & alibi se duo solum assignasse ait, vt quæ cunctis essent communia. MELANCHTHON in *Locis primò editis*, duo solum asseruit cum Caluino Sacramenta, Baptismum & Cœnam: At in *editis anno 1536, 52, 58.* item in *Apol. Conf. Aug. art. 13.* docet prolixè tertium Sacramentum esse Ordinationem. Sed quatenus accipitur pro Ordinatione Ministrorum; non autem pro Sacerdotio.

SVADENT istis ferè, Vt Kemnitius pag. 1167. Quia 1. *Impositio manuum* erat symbolū Orationis pro aliquo factæ; non Ordinationis: Ita Ministros destinatos comendabant Deo. 2. *Promissio gratiæ* legitur adiuncta chirotoniæ; sed non gratiæ iustificantis, quæ omni Sacramento necessaria est. 3. *Institutio seu Mandatum* constat quidem: sed absq; Ritu certo ac solenni ordinationis: solum *Hoc facite & Quorum remisistis.* &c.

AVTOR, Ordinatio, id est, Impositio manuum cum Oratione, vt forma, est proprie dictum Sacramentum. I. Sic docet S. Scriptura Ritur, Mandatū, Promissum; & horum solennem Vsum: in meo *Antichristo* p. 3. q. 42.

II. Sic habet Traditio perpes. S. Dionysius Areop. *libr. de Eccl. Hierarch.* c. 5. docet esse Sacramentum conferens gratiam Idque fatetur Lutherus, cum mendaciis. *Hunc solum*, ait, scio autorem haberi ex antiquis pro *Septenario, Sacramentorum*; licet *Matrimonio omisso senarium tantū dederit.* Nihil enim prorsus in reliquis S. Patribus de istū Sacramento legitur: Nec Sacramenti nomine censuerunt, quoties de his rebus locuti sunt. *Recens enim est inuentio Sacramentorum.* Mera hæc mendacia. Nam Papæ, Concilia, Patres Ordinem agnoscunt Sacramentum. S. Innocentius I. epist. 18. dicit Recipi hæreticos cum suo baptismo; at non cum suo Ordine: quòd

solum baptismum validè dare permittatur. S. Leo I. *epist. 81.* ait Ordinem dari solum in vespera Sabbati, gratiamq; conferri. Patres. S. Athan. *epist. 2.* Greg. in *4. Reg. 5.* Conellia, Chalced. c. 2. Bracarense, Flor. Trid. & c. *Bell. l. 1. c. 3 de Ord.*

III. RATIO fauet congruentiæ. 1. Quia cum *Dei perfecta sint opera*, Deut. 32: dans potestatem, addit & requisita ad rectum eius Vsum: Vt animalibus potentias armat organis: sic, cum in Ordine det Potestatem, dat simul gratiam exequendi munus Ordinis dati. 2. *Deinde:* Vt in Baptismo datur potestas sumendi Eucharistiæ: sic in Ordine datur ius perfungendi Ordine; quò speciali opus gratiæ gratum faciente. 3. *Demum,* Aduersarii non habent, quod obiiciant, nisi argumentilla negatiua.

DICO AD I. At *Chirotonia* in Scripturis aliquando iuncta Orationi legitur; aliquando sola ponitur: vt utrumque vt Ritus certus ac solennis, gratiam confers; vt Sacramenti materia cum Forma precatória, & effectiua. Vide *Antichristum* p. 3. q. 42. AD II. Si id verum, iam nec Eucharistia foret Sacramentum; vt quæ non sit instituta per se ad gratiam iustificantem, seu remissionem peccatorum; sed ad gratum facientem.

AD III. Etsi non sit in Verbo Scripto Ordinis Institutio; est tamen eius Vsurpatio ralis, quæ Institutionem necessariò præsupponit. Dominus verò Ordinavit Apostolos verbo autoritatiuè, forsitan absque chirotonia: ceu eosdem sine Sacramento Confirmavit, Magdalenam absoluit. Neque tamen credere cogimur absque chirotonia Ordinatos, quia scriptum non est; multa enim dicta factaq; sunt, quæ scripta non sunt. Yy 3

## QVÆSTIO CVII.

*Ordinationis equalis Materia, Forma,  
Minister, Effectus, et Ceremonia?*

**L**VTHERO-CALVINIANI non agnoscunt Chirotoniam: non Verbum Sacramentale certum & efficax; nõ effectum Characterem, non Ceremoniam Vnctionis: uti conficta & superstitiosa. Volunt Ministerium Ecclesiasticum esse merũ Officium functionis: hocque cessante cessare. Hinc iis, qui hodie Presbyter aut Diaconus est; cras, motus officio, est laicus.

SVADET contra Vnctionem & Rasuram *Kemnit pag. 1171.* ita. 1. Christus & Apostoli non sunt illis vsi. 2. In historia Ecclesiastica nullum extat exemplum. 3. S. Patres Vtriusque; nil meminerunt, præter supposititios libros Cypriani & Anacleti. 4. In Ecclesia Græca non fuit vsitata vsque ad annum 1200. 5. Ritus est Iudaicus, ait *Calvinus §. 20. 31.*

**A**VTOR. I. Materia Principalis Sacri Ordinis est Impositio manuũ. 1. Liquet supra Scripturis. &c. Minus principalis tamẽ etiam essentialis, est porrectio calicis, & Euangelii: de quibus nil in Scriptura. Ac licet in Confirmatione fiat etiam Impositio manuũ; accidẽtaria tamen est tibi; primariũ verò Christma. 2. ha Traditio Pontificũ, Cõcilorũ, Patrũ, & pars Potior Theologorũ. Itaq; Sacerdotes ordinantur, cum dicitur ad porrectionẽ; *Accipe potestatem Sacrificium offerendi;* & ad Chirotoniam, *Accipe Sp. Sanctum* Et hæc est Forma, seu Verbum Sacramentale: Actio vtraque est vna Ordinatio.

II. Effectus est duplex. 1. Potestas spiritalis perpetua cum indelibili characterẽ: 2. Gratiã gratũ faciens, ad fungẽdũ munere. Cyp. serm. de ablut. pedũ *Nemo S. Ordines iterũ renouat.* Sic & Aug. &c.

III. Minister solus est Episcopus ordina-

tus: Nec aliter factos agnouit vnquã Ecclesia. IV. Vnctio est ceremonia verè Sacramentalis; non autem Rasura.

**D**ICO AD I. Kemnitius toties et proposito mentitur. 1. Nam et si de Christo & Apostolis nil scriptum; tamen S. Dionys. *l. hierarch. c. 4.* Pontificem vñ sacro oleo in Consecratione, Traditũ esse ab Apostolis. 2. Eusebius *l. 10. hist. Eccl. c. 4.* Metaphrastes *in vita S. Chryso. mt. c. 6.* Vnctionis meminerũt. 3. Patres Item, ut Pacianus *ep. 3.* Greg. *in 4. Reg. 3.* &c. 4. Contrarium docent Dionysius, Euseb. Metaphrastes. 5. Non est Iudaismus, uti reb<sup>9</sup>, quibus & Iudæi sunt vsi: sed modus ac finis vtãdi illum constituunt.

## XI. DE MATRIMONIO.

## QVÆSTIO CVIII.

*An Matrimonium sit verè Sacramentum teste S. Scriptura?*

**L**VTHERVS *de Capt. Babyl.* negat quòd nec Signum habeat à Deo institutum; nec Gratiã promittentem.

II. CALVINVS *Inst. l. 4. c. 19 §. 34.* ait. Non magis rationem Sacramenti conuenit Matrimonio, quàm agriculturæ, aut tonstrinæ.

III MELANCH *HON in Lock, & Kemnit pag. 1171.* agnoscunt in Matrimonio Mandatum Dei, & P. endũ sum gratiæ; sed non iustificantis à peccato; ac propterea negant propiã dici Sacramentum, ut sunt Baptismus & Cœna: esse tamen alio modo.

SVADENT istis. Lutherus. Calvinus, Erasmus, BEZA, in Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est;* tria volunt. 1. Papistæ ex sola voce hæc definiunt Matrimonium esse Sacramentum; cum græcè sit *μυστήριον*. 2. Intelligent ibi coniunctio Christi & Ecclesiæ; non viri & femine: Hæc enim quotidianam est; non mysterium. Vnde ait; *Ego autem dico, in Christo & Ecclesia.* 3. Sic & Aug. tract. 9. in Ioan. *Erunt*



*Erunt duo in carne una, hoc est Sacramentum magnum.*

**AUTOR.** Matrimonium est à Deo *Institutum* bifariam. 1. Physicè ut duorum est coniunctio ad prolificandum. Sic à Deo esse, ac bonum, negabant hæretici veteres: Vide *Genes. p. 3. q. 23.* At bonæ sunt nuptiæ: teste S. Scriptura, *Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum.* &c. Aug. l. 9. in Gen. ad lit. c. 7. Concilium Gangrense & Bracarense hæreses eas damnarunt.

2. Christianè; ut duorum cōiunctio est rei sacræ significatio, sanctificans eodem. Sic Matrimonium esse Sacramentum negant Lutheri & Calvinistæ. At contra Apostolum *Eph. 5.* Vbi tria: 1. Sacramentum propriè dictum: 2. Idque in coniunctione viri & femine; non Christi & Ecclesiæ: 3. Nec Adami ac Euz.

**II.** Matrimonium est **SIGNVM REI SACRÆ.** Quia habet annexam gratiæ promissionem, quæ cum solius esse Dei debeat ac possit; à Deo Institutionē Matrimonii factam esse necesse est. 1. Illud dant vtrō Melanchthon in *Apolog. Conf. August. art. 13.* Calvinus *Instit. l. 4. c. 19 § 2.* Kemnitius *p. 2 Exam. pag. 13.* Quare Matrimonium est & contractus civilis, & Mysterium rei sacræ. 2. Ita S. Amb. in *Eph. 5. Mysterii Sacramentum grande in unitate viri ac femine esse significat.* Ita Hieron. Chryl. August.

Vnde Sectarii student errori dicentes; intelligi coniunctionem Christi & Ecclesiæ; non viri & femine. Quia, *Hoc demonstratiuum est rei præcedentis, scilicet illius: Relinquet homo patrem, &c. & erunt duo in carne una;* Hoc magnum est.

Item, quia caput totum tractat de coniugio, ut re grandi; quæ terminetur in Christum & Ecclesiam. Vnde Aug. l. 1. de nupt. c. 21. *Quod in Christo & in Ecclesia est magnum Sacramentum, hoc est in singulis viris & vxoribus minimum; sed tamen coniunctionis inseparabile Sacramentum.* Itaque Matrimonium, quæ est *Vinculum insolubile;* magnum est Sacramentum in Christo & Ecclesia; quæ est *signum sacræ coniunctionis;* sic magnum est Sacramentum in Christo, at minimum in hominibus, qui Christo comparati, minimi sunt. Notanda distinctio.

Neq; hoc magnum Sacramentum referri potest ad Adam & Euam, ut vult S. Hier. licet significarunt Christum & Ecclesiam: Quia sermo est de futuro, *Relinquet;* Et Protoplastæ non habebant *patrem & matrem:* Nec dixit, *Ego relinquam,* de se; sed de posteris indefinitè, *Homo.* Sic & Dominus, *Matth. 19. Quod Deus coniunxit, indefinitè, homo non separet;* at protoplastæ iam erant morte separati: ergo de iis esse sermo nequibat. Non enim dicit; *Sacramentum hoc magnum Fuit;* sed *Est.*

**III.** **GRATIÆ PROMISSIO** est adiuncta Institutioni. Quia Matrimonii est signum tum Coniunctionis Christi & Ecclesiæ: Tum & Spiritalis Charitatis mutue, in qua Christo adhæret Ecclesia per Fidem, & spem, subiecta ei per Obedientiam. Et hanc Spiritalem coniunctionem maximè vrget Paulus. Quia per hanc Christus est iunctus Ecclesiæ soli ut sponsus; per naturæ conformitatē verò iunctus est toti humano generi. Quia Viri & femine coniunctio illam spiritalem maximè significat; vnde *magnum est*

*Sacramentum*

*Sacramentum*. Quia sic, 1. Tim. 2. *Saluabitur per filiorum generationem: si permanserit in fide, dil. & satisfactione cum sobrietate*. Istud *Domus Dei* vocatur ibid. *Vnusquisq; domum suam habet ex Deo, unus quidem sic, alius autem sic*. Itaque 1. Thes. 4. *Sciat unusquisq; vas suum possidere in sanctificatione*.

**DICO AD I.** Falsum est. Nam vox *Sacramentum* habetur *Tob. 12. Dan. 2. Col. 1. 1. Tim. 3. Apoc. 1. 17. Eph. 1. & 3.* Nec tamē ibi *Sacramentum* propriē dictum asserimus: vt hic *Eph. 5.* Proinde Sectarii ex illis locis calumniose multiplicant nobis *Sacramenta*.

**AD II.** In viri & foeminae, non in Christi & Ecclesiae coniunctione, est *Sacramentum*: idq; magnū respectu Christi & Ecclesiae, & pro magnitudine gratiae promissae in Christo et Ecclesia, id est, in charitate *Sacramentali*.

**AD III.** S. Augustinus loquitur de *Sacramento* nunc respectu *Vinculi* in solubilis: nunc vt de signo rei Sacrae: illud est in Christo & Ecclesia: hoc in viro & muliere *Sacramentum*, vt signum cū illius, tum gratiae conferendae.

#### Q V A E S T I O C I X.

*Quibus porro probetur, & Oppugnetur Matrimonium esse Sacramentum?*

**L**UTHERANI, vt Kemnitius p. 2. *Exam pag. 1225.* Ante Augustini tēpora nec generale nomen *Sacramenti* est tributum *Matrimonio*. CALVINUS *Infl. l. 4. c. 14. §. 24.* Ante S. Gregorium nemini visum dari *Matrimonium* pro *Sacramento* BEZ. in *Eph. 5.* Nusquam in Augustino & Hieronymo appellari *Sacramentum Matrimonium*.

II. Lutherus Capt. *Babyl. Nusquam legitur aliquid gratiae dari uxorem argenti. Quis nec signum est gratia.*

III. Idem. *Matrimonium* fuit apud infideles, non *Sacramentum*, nec *Sanctum*; & multi eorum sunt meliores fidelibus: ergo non est *Sacramentum* nouae legis.

IV. CALVINUS §. 34. In *Matrimonio* non est ceremonia exterior posita à Deo ad confirmandam promissionem.

V. Calvinus, Kemnitius. Id appellant Pontificii pollutionem apud Magist. um & Syriciū Papam: At ea nequit esse *Sacramentum*.

VI. *Matrimonium* pugnat cum *Sacramento Ordinis*, quia negant ambo in vno posse consistere: at id absurdum.

VII. Papistis *Coitus* est pars *Sacramenti*: à quo arcent Sacerdotes. At id absurdum.

VIII. Kemnitius. Durādus apertē negat id esse *Sacramentum*, doceretque multis.

**AUTOR.** Mentitur iniquitas fidei.

**AD I.** igitur S. Leo I. claruit anno 440 ante S. Gregoriū annis 150. S. Chrysostomus claruit anno 370. ante S. Augustinum annis 30. S. Ambr. August. & Hieronymo antiquior: Syricius Papa equalis Ambrosio, &c. Et ii tamen *Matrimonium* appellant verum *Sacramentum*, & docent. S. Leo epist. 92. *Cum societas nuptiarum ab initio constituta sit, vt prater sexuum coniunctionem hab. ret in se Christi & Ecclesiae Sacramentum; dubium non est, eam multum non pertinere ad Matrimonium, in qua docetur non fuisse Nuptiale Mysterium, id est, Sacramentum.* S. Ambr. l. 1. de Abraham. c. 7. *Qui sic egerit, peccat in Deum, gratiam soluit, & Sacramenti caelestis amittit sortium* Syricius epist. 1. c. 4 ait, *Sacrilegium* committit, qui viuente transire ad aliam: at peccatum contra ciuilem cōtractum non est sacrilegium. S. Augustinus tribuit *Matrimonio* & nomen *Sacramenti*, & rationem, docens id non esse *Sacramentum*, nisi in Ecclesia; Ideoque esse *Intolubile*. Nomen tamen *Sacramenti* non

ri non vno semper modo accipitur; ut supra notauimus. RATIO quoque fauet docens esse sacramentum proprie dictum. Vide *Genealog* p. 3 q. 23.

DICO AD I. At suus Melancht. negat id illi, docens conferre gratiam: Kemnitius, docens esse signum.

AD III. Solum in noua lege Matrimonium est Sacramentum: Et si quidam sentiant non bene, etiã in Veteri lege fuisse. Illud definiunt Conc. Florent. *Trid. Sess. 24. C. 2.* Et *D. Th. 4. d. 26. q. 2. a. 2.* & Theologi: Fuisse Institutum in officium naturæ in statu innocentiæ; in lapsu, ad remedium: in reparato in Sacramentum. Nam in statu innocentiæ non erat opus gratia Sacramentali; ligatã concupiscentiã. In Lege, *Leu. 18.* restrictio eius facta est ad certas personas; nõ Institutio; Et permixta erat polygamia & repudium; contraria Significationi Sacramentali. Et argumenta partis contrariæ refutata iacēt. *Neg.* Matrim. Sacramentum magis pollutur per malos Christianos, quã Baptismus perceptus aut Eucharistia &c.

AD IV. Sacramenta sunt instituta ad significandã & Conferendã gratiam; non ad Confirmandã: patet *sup. q. 3.*

AD V. Calumnia mendax est in Ecclesiã, & Magistrum, qui id nusquã dicit Syriacus coniugũ adulteria, & Sacerdotum scortationes vocat Sacrilegia: & recte: *Adhuc ipsi coniuges erubescunt suum actũ.* Quod coeuntes dicuntur, *Apoc. 14. cum mulieribus coinquinati.* I Reg. 2. *Non mundi à mulieribus & in 1. Cor. 7. Qui in carne sunt, ut mulus & equus, Deo placere non possunt.* At sancti cõiuges uxores habent tanquam non habentes. Et *Virgo est sancta corpore & Spiritu.* Et Sacerdotib<sup>9</sup> dicitur *Sancti estote.*

AD VI. Sacerdotes arcẽtur à Matrimonio ob impedimenta matrimonialia functionum Sacerdotalium; non ob Sacramentum ipsum Matrimonii.

AD VII. De Copula Quidã sentiũt, eam esse actum & officium matrimonii: Quidã, improbabilius; esse partẽ Sacramenti Integralẽ; sed non Essentialẽ. Vtrique, & omnes docẽt, ideo Matrimonium esse totum ac plenum sine copula. *S. Amb. l. de inst. Virg. 1. 6. Non defloratio facit coniugũ, sed pactio coniugalis.* Aug. *l. 1. de nup. c. 11.* inter Iosephum & B. V. verumã ait intercessisse matrimonium.

AD VIII. Durandus errauit; inque altera editione se explicat; esse verẽ Sacramentum; sed non vniuocẽ; quod logicum est, nõ Theologicum. At hic prætextus erat inanis: vt & eiudem argutiones vanæ; vt sequitur.

### Q V Æ S T I O C X.

*An Matrimonium sit Vniuocẽ Sacramentum?*

L V THERANVS Kemnitius obiicit Durandum, hoc negantem. Eiusq; vtitur argumentis istis. I. In Sacramentis aliis, quod exterius agitur, excedit rationem naturalem; nec potest reddi causa, nisi per lumen fidei. At quod in matrimonio exterius agitur naturalem causam habet; quam ethicus, videns contractum, reddere potest; in alis non potest. Ergo non est vniuocẽ Sacramentum. II. Sacramenta cætera consistunt in re sacra extrinsecus applicata; idq; præsentibus. At tale nihil, aut nõ eo modo, applicatur in Matrimonio. Ergo III. Cætera Sacramenta conferunt gratiam; hoc non, sicut Canoniste, & Magister 4. d. 2. Quia licet sit matrimonium cum pacto pecuniæ; at hoc in Sacramento illicitum & Simoniacum est. Deinde Matrimonium non confert primam gratiam, sc. remissionem peccatorum; nec secundam, sc. augmentum gratiæ. IV. In cæteris Sacramentis Ordinatio Ecclesiæ vim præcepti habet; sed non de necessitate est Sacramenti; at in hoc ordinatio Ecclesiæ est de necessitate Sacramenti; vt de gradibus consanguinitatis, de præsentia parochi, &c. V. Cæterorum Sacramentorum capax nemo est absq; præuio Baptismo; at etiam non baptizati sunt capaces Matrimonii; ergo non est proprie Sacramentum.

Zz Av.

AVTOR. Matrimonium est Vniuocè cum cæteris verè & propriè Sacramētū.

DICO AD I. Falsa minor. Nam nō quælibet Vnio viri & fœminæ, quæ videtur, exterius illud est; sed illa Insolubilitum contrahentibꝰ, tum Magistratui: illa ciuilibis intelligitur; hæc Sacramentalis solum fide capitur: quia ista est corporū; hæc animorum cum gratia data, & necessaria.

AD II. De ratione Sacramēti est vt aliquid sit Signum practicū gratiæ; non vt res aliqua foris applicetur. Et ita quodque Sacram. habet quid propriū sibi; non tamen idcirco non sunt Vniuocè Sacramēta. Sic placuit Institutori. Et quia Matrim. cōsistit in Consensu sefeligātium; ideo ipsi sunt Ministri Sacramenti huius; nec egent alio absolutè.

AD III. Paucis Canonistis aduersatur Cōmunis omnium consensus: apud Nauar. in *Enchir.* c. 19. n. 22. Aduersantur & Theologi. Nam in genere gratiagram faciens habet etiā vim peccata delēdi, & ab omnibus cōferitur Sacramentis: at in specie ad Principālē finem instituta sunt alia; vt tribuant Remedium peccatorum, & gratiam adiutricem: vt Bapt. Quadā in remediū tantum, vt Matrimonium. Quadā in gratiam tantū augendā. Et sic Magistrū exponit D. Thom.

AD IV. Ecclesia nil potest ordinare quoad essentialia Matrimonii, vt Diuina: at potest quoad personas, quæ sunt prærequisitum fundamentum essentialium: vt quæ sint legitimæ personæ. &c. vt in Euch. qualis panis requiratur. &c.

AD V. Quidā putant coniuges conuerso post Bapt. debere renouare cōtractum. Alii eorum matrimoniiū post Baptismum hoc ipso fieri Sacram; nisi alter conuerti nolit: tunc est solubile.

Quæ sit Materia & Forma Matrimonii

LUTHERANVS Kemnitius negat, cum Melch. Cano, Matrimonium esse Sacramentum; quòd eius materia & forma nequeant demonstrari. Canus vult verba Consensus contrahentium efficere matrimonium: at Verba solennia Ecclesiastici constituere Sacramentum. Quidam sentiunt, verba consensus contrahentium esse materiam & formam: Alii, Personas esse materiam, Verba, formam.

Kemnitius ait Groppero formam esse illa Matrim. Quod Deus coniunxit, homo non separet; Ideo inter nos non constare de materia, forma, ministro.

AVTOR. I. Dum sit matrimonii, eius essentia consistit in verbis mutui cōsensus, vt in forma: Personæ verò sunt materia circa quam. Ita D. Th. 4. a. 26. q. 2. a. 1. Dum factum est, iam ipsa permanentis coniugum societas est; signum externū vti Euch. permanens. &c.

Affingit autem id Kemn. Groppero, qui solū exiis, *Matr. 19.* colligit formam, nō ipsa esse dicit formam. Constat igitur nobis certa & materia, & forma, & minister idem, qui materia; sicut videns seipsū est minister venditionis, & res vendita.

II. Canus autē errat. 1. Quia sic & Scriptura doceri non posset forma & minister Sacramenti; sed solū matrimonii nā de hoc solo habetur in ea: at illud absurdū est & absonū: ergo id est vtriusque minister & forma. 2. Conc. Flor. & Trident. oportuisset discrimini isti assignasse ministrū. &c. sed ea nō agnoscunt discrimē inter matrim. & Sacramentū apud Christianos. 3. Cōmunis Theologorū id nesciuit vnquā; estq; Can' omnino singularis nouitatis inuētor. Ac licet Theologi in diuersa discedāt quoad materiam; quoad formā tamen & ministrum consentiūt. 4. Matrimonia Christianorū si continent in se vinculū insolubile; ergo sunt Sacramentum: Si non id continēt.

nent; ergo erunt solubilia; & non erunt Sacramentum: polygamia licebit: at hæc absurda: Ergo.

QVÆSTIO CXII.

*An Polygamia sit licita Christianis?*

**L**VTHERVVS Kemnitius par. 2. Exam. pag. 122 d. Lat nos cum Montanis prohibere polygamiam successivam, id est, successivè plurium: Quòd secundas nuptias non benedicimus, ceu prostitutioni & fornicationi: Teste Decreto Gratiani: can; hæc rat. 31. q. 1.

II. LVTHERVVS de Bigamia propof. 65. Nota sunt iura Mofaica, quæ cogunt plurium esse vxorum virum, quæ non sunt magis abrogata, quàm reliquæ, sed libera, nec prohibita, nec præcepta. Exemplo Ab:ahæ, ait in Genefin.

ANABAPTISTÆ sequuntur Lutherum, teste Kemnit. pag. 122. q. vbi rectè damnatos ait à Concil. Tridentino.

**A**VTO R. I. Polygamia successiva, licita & iusta est; cõtra Montanistas: teste S. Scriptura in meo *Antichristo* p. 3. q. 44. 2. Concil. Nicenũ can. 8 iussit Nouatianos nõ recipi in Ecclesiã, nisi prius communicarint cũ secundò nuptis, aut sepi. Accedit S. Patrũ consensus, Secũdis tamen nuptiis nõ benedicimus; quòd prior benedictio non expiret. Ita S. Patres. Canonũ verò Collector Gratianus vixit ante 1200. annos & apertè contrariũ dicit, quàm ei Kemn. affingit. *Bell. cap. 9.*

II. Polygamia cũ plurib. simul vnus est à Christo abrogata, ac vetita: patet in Antichristo ex S. Scriptura. 2. Deinde, Iure Euãgelico vir & foemina pares sunt quoad fidẽ & debitum, 1. Cor. 7. *Vxori vir debitum reddat, et vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter è contrã.* Ita alter se tradere nequit alii sine iniuria comparis: Absurdus tamen est, mulierem plures habere viros.

3. Quia Polygamia pugnat iuri naturæ, & rationi Matrimonii. Huius n. fines sunt quatuor: 1. Prolis susceptio & educatio: 2. Societas domestica: 3. Remedium concupiscentiæ: 4. Sacramentũ

Christi & Ecclesiæ: His inimica Polygamia est. 4. Deniq; nulla gens vnq̃ inter Christianos reliquit exemplũ polygamix: Quod si exẽplo Patriarcharum libera sit; cur exẽplo caruit & imitatione? Volunt autẽ quidam, vnã Patriarchis vxorẽ fuisse, cæteras concubinas: Alii singulas veras vxores extitisse: quod probabilius est & communius.

QVÆSTIO CXIII.

*An Matrimonium consummatum sit solubile quoad Thorum solũ permanente Vinculo?*

**L**VTHERVVS l. Capt. Babyl. de matrimon. Melanchhon in *Locis de Coniug.* Kemnitius p. 2. Exam. G. o. aiunt esse: sed simul quoad & Thorum & Vinculum; non autem quoad thorum solum. Kemnitiam reprehendit Ecclesiã, quæ soluit manente vinculo.

SVADENTISTIS. I. CALVINVS, BEZA, &c. Kemnitius pag. 68. *Definitio illi: Diuortii, quòd sit separatio Matrimonii quoad thorum, manente vinculo, noua est ex Paulo malè intell. G. o. Præcipio non ego &c. vbi loquitur de iniusto diuortio ex leuibus rixis: non de iusto, in causa fornicationis.* 2. Idem. Christus, Mat. 5 & 10. dimissionem coniugis, nisi propter fornicationem, pronunciat esse illicitam; Contra Pontifici decernunt, præter fornicationem, multas alias causas, propter quas liceat. 3. Christus ides prohibet dimissionem, extrã fornicationis causam, quòd sit periculum Visionis. Sed de hoc ij non sunt solliciti. 4. Pontificia separatio Vinculum multis modis soluit. Nam quid sit Vinculum, scripsit & docent; Adhæret bit vxori. Faciamus ei aiut. Mulier non habet potest. Iterum conuenite, ne. &c. Sunt vna caro, &c. Hæc omnia solunt. Ergo separant, quòd Deus coniungit.

**A**VTO R. I. Matrimonium Infidelium solubile est etiam quoad Vinculũ. 1. Cor. 7. *Si infidelis discedat, discedat.* Vide Antichristum p. 3. q. 45.

II. Matrimonium Consummatum Fidelium est solubile solũ quoad thorũ; non quoad vinculum. Idque duabus de causis: 1. Ex Consensu mutuo, ob statũ altiorem ad eundẽ, scilicet religionis. 2. Sine consensu, ob crimen Adulterii, Infidelitatis, & Peccati inuitabilis. Patet in meo Antichristo Scripturis. Ita *Trident. Sess. 24. Can. 8.* Zz 2 No

NOTA. I. Viro & vxori par est libertas diuortium faciendi. 2. Et quoad thorum possunt autoritate suapte separari ob certum adulterium: quoad Cohabitationem verò opus est iudicio Ecclesie. 3. Separatio tamen ob adulterium sit illicita; I. Si vxor sit vim passa. 2. Si vterque coniux sit adulter: 3. Si post cognitum adulterium rem cum compare habuerit: 4. Si autor coniugi fuerit ad adulterium.

DICO AD I. *Aug. l. 1. de adult. cõug. c. 1. 2, 3, 4.* distinguit verba Pauli; quòd loquatur de separatione iniusta ibi: *Præcipio vxorem à viro non discedere. De iusta ibi: Quod si is deceferis, manere innuptam.* Errant igitur Luthero-caluinistæ locum totum de Iniusta exponentes sola.

AD II. Et verò sunt plures. Nam ibidem *Mat. 19* postâ causâ fornicationis; promittit centuplum dimittentib<sup>9</sup> vxorem, & sequentibus Christum. Item, *1. Cor. 7.* ob infidelitatem fieri discessionem posse permittitur. Itaque sententia Christi sic intelligenda est, vt non pugnet cū Christo, & Paulo. Ratio: quia dimissio potest solum fieri ob crimina in damnū comparis vergentia: aut ob maius bonū. Fornicatio enim opponitur directè fidei matrimoniali: cætera crimina solum per accidens. Deinde liberat comparem ad omnem vitam à debito reddendo: alia crimina non liberant.

AD III. Quia iusta est dimissio ob fornicationem; ideo periculum dimissi non imputatur dimittenti iustè. Ex duobus enim periculis minus eligendū est: rat alienum nocentis censetur minus proprio innocentis.

AD IV. Ista, de quibus Scripturæ,

non Vinculum ipsum efficiunt; sed ad illud consequuntur: alioquin longior peregrinatio esset prohibita. Vinculum autem est obligatio, quâ alter sit alterius proprius in omnem vitam.

#### QVÆSTIO CXIV.

*An Fidelium Matrimonium Consummatum sit solubile quoad Vinculum?*

UTHERVS *l. Capt. Bab.* statueret nil audere optatamen defini, Non ab Episcopis; sed duobus doctis & bonis. Licet solui etiam Vinculum ob vel fornicationem, vel decennem absentiam alterius: Sic anno 1522. *comment in 1. Cor. 7.* Licet soluiant, si alter sit ethnicus, aut falsus Christianus, aut ritiosus, aut quodcumq; peccatum inducat, aut pauper sit, aut amicum coniugios nolint BRENTIVS *in Mat. 19.* Quoties alter alteri non est commodus: aut quacumque de causâ displiceant.

MELANCHTHON *in Locis*, Licetum vult ob fornicationem, aut si alter iniustè discedat ab altero. CALVINVS *Instit. 4. c. 19. §. vlt.* iuræ rannicam legem esse, quæ non permittit dissolutionem Vinculi ob adulterium aut Infidelitatem. Kemnitius sequitur Calvinum. ERASMVS anno 1515. docuit licere ob fornicationem etiam vinculum solui: Sic & Caietanus, & Catherinus: Qui duo tamen se submissè per Ecclesie. Licere tamè maximè volunt in iustis.

SVADENT istis, quæ ex omnibus collegit Kemnit 1. Lex innocentem nubere alteri vetans priuat iure suo citra culpam. 2. Diuortium, à Christo concessam ob fornicationem; esset laqueus infonti, qui Vritur. 3. *Mat. 19.* quæritur de dimissione quoad Vinculum, non quoad thorum: nam solum illam norant, quæ ducere aliam licebat. *Deu. 24. Lev. 11. 17. 3. Ezech. 44.* Ergo, qui dimisit ob fornicationem, & aliam ducit, non machatur. 4. *Præcipio non discedere:* subaudi, nisi ob fornicem; si discesserit iniustè, & non ob fornicat. tunc Manere innuptam; ergo si iustè ob fornicationem discesserit, nubere potest. &c. *Bellarms. c. 17. 5. Mat. 5.* Generalis sententia est: *Qui dimiserit vxorem*

rem, sc. iniuste, excepta fornicationis causa que iusta est; facit eam infontem mœchari. & qui dimissam fontem seu infontem duxerit, adulterat: Ideo trāsire ad altera vota licet infonti: non licet fonti, in pœnam. Et loca *Mar. 10. Luc. 16.* quæ silent de fornicationis causa, debent exponi per Matthæum 19, quod liceat ob fornicationem & dimittere, & ducere aliam. 6. Verba, *Rom. 7. & 1. Cor. 7.* *Vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.* Quia ligata est: hæc generaliter capienda sunt; non in casu fornicationis, ait Caietanus, Calvinus, Erasmus, Bucerus Kemnitius. &c. q. d. Generaliter mors est expectanda in diremptione Vinculi, non autem in Dimissione.

AVTOR. Theologis *Diuortium* est separatio matrimonii consummati quoad thorum aut Cohabitationem, manente Vinculo: *Repudium*, soluto vinculo. Iuristis *Repudium* est seu sponsæ seu vxoris: *Diuortium* solius vxoris. Theologis factu ob fornicationem diuortii, nubere neutri licet, ob permanens Vinculum. 1. Ita S. Scriptura in meo *Antichristo p. 3. q. 45.* 2. Ita Traditio singula per sæcula S. Patrum. Clemens in Can. Apost. can. 48. Vide *Bell. c. 16.* 3. RATIO. Quia Matrimonium est signum coniunctionis Christi cum Ecclesia in vinculo insolubili: ergo & ipsum est tale. sic *Aug. l. de bono coniug. c. 7. 15. 18. 24.* 2. Si liceret, liberis pater fieret vitricus, viuâ matre, ait *S. Ambr. in Luc. 16.* 3. Repudiis innumeris fieret porta: ait *S. Hier. in Matt. 19.* 4. Vbi lex prohibēs fontem dimissum nubere? Soluto vinculo quid eum prohibet magis, quàm infontem? Nec ethnici, vbi disciplina vigeat, repudium permittebant, teste *Tertull. in Apolog. c. 6.*

DICO AD I. Lex ea est Christi, non Papæ: & priuat infontem sine culpa quidem; sed non sine causa.

AD II. Infontem, si cōtinere nequeat, lapsę ignoscat, & retineat eam in remediū: nā dimittere non tenetur. Non autem videri durum debere, culpis ignoscere cōparis, docet *S. Aug. vbi supr.* Sin' eam retinere non licet; ecce remedium, *Matt. 2. Petite, & accipietis donum continentię.* Quid si vxor in morbum incideret perpetuum? aut ab hoste abriperetur? &c. ita Augustinus.

AD III. Istud: *Nisi ob fornicat.* Si Exceptiuè sumatur, tunc sermo est de dimissione ob fornicationē, persistente vinculo: licet Pharisei interrogarint de dimissione quoad thorum et vinculum. Nam in Vinculo sunt duo: Dimissio, & Potestas ducendi aliam: illam Dominus concessit ob fornicationem: at hanc omninò sustulit. Si verò Negatiuè accipiat, cum *Aug.* tunc damus loqui Dominum de dimissione quoad vinculum; tē negamus eam in causa fornicationis.

AD IV. Loquitur de discessione solum ob iustam causam; alioquin si daret optionem; pugnaret secum ipso, & cum Euangelio.

AD V. Si prohiberetur nubere in pœnam; & tamen soluta esset à vinculo; nubēs non mœcharetur, etsi matrimonium fieret irritum: quod absurdū. Neque per Matthæum exponuntur sequentes Euangelistæ; iste enim ante hos scripsit; & Marcus Romanis, quæ eis Petrus; Lucas Gentibus, quæ Paulus eis prædicarat: non vt supplerent in eo; sed vt pseudomathæum redarguerent.

AD VI. At plana esse verba dicit *S. Aug.* Nec Apostolus vnquam addidit exceptionem. Ei consentiunt *S. Patres,* & ratio. Quia docere intendit legem

obligatio ad legem, donec vel Lex abrogetur, vel coniux moriatur; ita morte Christi factum, & Lex mortua est, & homines in alium translati sunt statum, ceu mortui legi veteri.

QVÆSTIO CXV.  
An, & Quæ sint Impedimenta  
Matrimonii?

**L**UTHERO-CALVINIANI promiscuè, Lex parte Consensus impedimenta matrimonium contractum Dirimentia admittunt tria, Error, Conditionem, Coactionem: Addunt Defectum consensus paterni. Ex parte Personæ, duo simpliciter. Impotentia reddendi debiti, & Ligamen: Duo non simpliciter admittunt, Cōsanguinitatem, & Affinitatem; sc. quoad Gradus in Leuitico designatos: cætera reiiciunt, ac damnant. *Melanche. in Locistit. de Cōiugio.* Lutherus serm. de Matrim. *Duodeviginti causis in suo Iure effinxit Papa, quibus omnibus matrimonium vel dissipet, vel impediat: Quas tamen serè omnes & reiicio, & condemno.*

**A**VTOR. Impedimenta sunt duplicia: 1. Impedienita; sed non Dirimentia; quæ aduersantur Matrimonii, non Essentiæ, sed Solennitati, vel accidenti. Quæ sunt duo:

*Ecclesia Vetitum; nec non Tempus Feriatū, Impediunt fieri, permittunt facta teneri*

2. Impediētia & Dirimentia, quæ Essentiæ Matrimonii aduersantur sic, ut cū iis nunquam sit verum matrimonium. Hinc contractum de facto, non de iure irritum reddunt. Sunt ea XII.

Error, Conditio, Votū, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamē, Honestitas Affinis, Si forte coire nequibus. [Ita,

Hæc socianda vetant connubia; facta retractant.

Essentialia autem matrimonii sunt tria, 1. *Consensus*, ut causa Efficiens qui ponit Intentionem: 2. *Cum Signo expres-*

*sus*, ut Formā; quod tale est, qualis Consensus verus, aut falsus: 3. *Inter Legitimas Personas*; quæ sunt Materia. Ex parte Consensus est Ignorantia personæ, vel conditionis; & Coactio. Ex parte Personæ, cætera accidunt omnia.

Porro nos de iis solum, quæ conturbant Aduerlarium.

QVÆSTIO CXVI.  
An Consensus parentum requiratur necessario ad Matrimonium Ratum?

**L**UTHERVS Serm. de Matr. Si ex Matrimonio contractum parentum contracto, sit nata proles, firmum est matrimonium. Si nondum sit nata, si potestate parentum erit consummare vel irritare. 2. *ERANT in Dialogo de matr. Inscio parentibus contractum, ut Natura sensus approbat; nec Veterum leg. ut: nec Mosaicis; nec Evangelica, aut Apostolica doctrina,*

3. *Bucerus in Mat. 19. optat reuocari in sum leg. s. civiles, quæ vetet contractas oblig parentibus.* 4. *Brentius in Catech. iubet in eo stare iudicio magistratus: quod sint calum in quibus consensu parentum nil opus. Et & Kemnitius. CALVINVS. &c*

**S**VADENT istis, quæ collegit *Kemnitius 7. 1. Exam. pag. 127. ex prædictis.* 1. *Quia Pontificii quidam, ut Gropperus in Inst. Colon. affirmant requiri consensum.* 2. *Talis esse debet coniunctio, ut eius autor esse Deus possit. Num. Mat. 19. Quod Deus coniunxit. &c. Si Deus non est autor illius, quod contra eius præceptum contrahitur. Nam in quarto Decalogi iubentur liberi obedire parentibus: Idq. exponitur Col. 3. Filii obedite parentibus PER OMNIA. Proinde Illud Relinquet homo patrem, &c. Et adheret uxori, intelligi debet de matrimonio consummato. Sic lex Dei Exo. 22. Deut. 22. Item. Num. 30. Si puella quid vouit inscio patre, hic irritare potest: ergo & sponsonem matrimonii Deniq; Deus mediante præcepto iungit duos, sine quo Medio nulla est coniunctio.* 3. *Iura Ciuilia irritant sic contracta: quæ autem Ciuilia & naturalis ratio suadet hoc fieri, in tantum, ut iussus parentum præcedere debeat.* 4. *Ius Canonicum sæpè iubet idem.*

AV.



**AUTOR.** I. Solo parentum consensu, inuitis liberis, fieri matrimonium nequit. Ideo Gen. 23. *Vocemus puellam, & inquiramus eius voluntatem.* Sic & Ius Canonicum. Sic **RATIO:** Quia eorum consensus requiritur, qui formam matrimonii pronunciant: *Ego te accipio in meam, meum.* Hæc enim falsa foret absque consensu contrahentium.

II. Solo prolium consensu, in sciis aut inuitis parentibus fieri matrimonium iratum valet; nec parentes seu Magistratus irritare valet. 1. Sic Esau, Gen. 26. duxit duas, & Gen. 28. duxit & tertiam: & tamen eas scriptura vocat *Vxores*, nec inuiti parentes irritarunt. Iacob, Gen. 29 30. in sciis parentibus legitime superinduxit tres alias, Tobias, cap. 7. in sciis parentibus duxit Saram; nec Angelus eum monuit paterni consensus. 2. Sic Ius Canonicum. 3. Sic **RATIO:** Quia nihil Essentialium deest, non Ministri intertio, non Materia, non Forma. Consensus autem plenus est, cui est arbitrii Libertas, & Maturitas consilii non necessaria: subiectio sub parentibus nil obstat, nec adimit libertatem arbitrii. 4. Coniugium seruorum, inuitis Dominis, est firmum: ergo magis liberorum: ac tamen si Ius gentium induxerit seruitutem, impotens tamen fuit ad ius illud seruus adimendum. 5. Lutherani volunt Consummatum valere, vt *Luth. Melanct.* at copula nec addit prudentiam, nec eximit à patria potestate: ergo solum arbitrium eorum sufficit. Deinde; si iure fuit consummatum; ergo & iure contractum fuit: Si non iure consummatum fuit; ergo nec iure potest irritari. Nec stuprum Virgini factum, efficit matrimonium; *Exod. 22.*

III. Proles in sciis vel inuitis parentibus, sine iusta & rationabili causa contrahentes, peccant, vt inobedientes, nisi parentes iniuste resistent. Quia horum est liberis prospicere; vt, Gen. 24. Abraham Isaac. Exo. 34. Patentibus præcipitur: *Filiam tuam non dabis filio eius Cananæ.*

**DEO AD I.** Gropperus loquitur de clandestino matrim. facto in sciis parentibus, & Ecclesia; idque malè negat esse Sacramentum; non negat tamen esse matrimonium. Et Groppero vni omnes opponimus Theologos priscos & novos.

**AD II.** Ista probant, liberos sic contrahendo peccare; non autem non fieri matrimonium verum. Deus verò est autor matrimonii, cuius adest materia, forma, & minister, cum intentione prolis gignendæ. &c. Ac licet non adsit autor Deus ex parte contrahentium cum peccato, adest tamen iusto contractui & Sacramento. Quartum verò præceptum est ad mores formandos, non ad Sacramenta ministranda. In *Dent.* & *Exod.* agitur de futuro matrimonio, non de contracto. *Numer. 30.* agitur de impuberibus, quæ non plenum est iudicium. Media Matrimonii valent eò, vt sit gratum Deo; non vt sit ratum ac verum in se.

**AD III.** Ius naturæ docet, ples debere subdici parentibus; non tamen ideo docet inualidum reddi matrimonium.

**AD IV.** Iura Canonica militant contra Lutherano-caluinianos. Vide *Bell. c. 20.*

#### QVÆSTIO CXVII.

*An Votum, & Ligamen inhabilitat ad contrahendum?*

**L**UTHERVS, l. capt. Bab. c. de marr. Ligamen Sponsaliorum dirimit sequens eum alio matrimonio, iure diuino.

SVA.

SVADET ILLIS. 1. Qui sponsalia contraxit, iam non est sui iurū; Ergo non potest se alteri dare. 2. Deum Prohibet, ne quis in negotio fratrem circumueniat; quod seruandum est supra omnes humanas traditiones. 3. Si Votum Religionis facit alienum; cur non etiam fides data & accepta? Cum hac sit precepti, & fructus Sp. sancti, Gal. 5. Illud autem arbitrii humani. 4. Licet uxori virum suum repetere, voto religionis nil obstante facto. Ergo & sponsa suum sponsum repetere licet, etiam copulata seui: a cum alio.

AVTOR. Simpliciter inhabilitant ad matrimonium quatuor: Votū solenne, Ordo sacer, Ligamen cum vxore ducta; & Impotentia coeundi. At Votū simplex Continentiæ impedit contrahendum, Quia est licitum, Eccl. 5. Deut. 23. *Si quid rogasti Deo, ne moreris reddere, at reddi nequit in matrimonio: Ergo factum licite, seruandū est debite; impeditq; cōtrahendum.* 2. Quia Votum simplex nō facit statum certū, nec mutat: vnde nec ad id seruandū cogi potest per viā iudicii, sed per modū correctionis. Vide *(supr. p. 2. q. 60. 61. &c. Et in Antichristo p. 2. q. 27. & p. 3. q. 46.*

II. Votum simplex non dirimit Matrimonium post id contractū: id quod nobis assentiuntur aduersarii. Quia non transfert dominium sui in alium; vnde se alteri donans, ratē donat, Quod magis post sponsalia cōtrahi cum altero potest; licet peccetur.

III. Volū Solenne Dirimit Matrimonium post votū cōtractum. Quia sic antiqua Concil. Toletanum I. Can. 16. an. 400. celebratū. Chalcedonense Generale, & plura deinceps usque ad Tridentinum. 2. Sic & Decreta Pontificum; ut an. 385. Siricius *epist. 1. c. 6. an. 402. Innocentius l. ep. 2. c. 12. Gelasius. &c.* 3. Sic Patres. S. Cyp. *l. 1. epist. 11. &c.* IV. Matrimonium dirimitur à voto solenni præcedente; idque iure diuino naturali & Ecclesiastico. Quia Votū solenne est sui traditio de præsentī in perpetuum obsequium Christi; differtq; à simplice

voto, ut matrimonium à sponsalibus At iure diuino & naturali dare nemo potest alteri, quod suum non est. Negant tamen Canonistæ & Scotus sic differre vota illa; quod S. Scripturis nequeat conuinci.

V. Ecclesia potuit iure positiuo statuere hoc impedimentum Dirimens: Quia iam olim id ita statuit in Conciliis, Decretis, & Consensu S. Patrum. 2. Inhabilitare personas ad matrimonium, non est mutare Sacramenti essentiā; Declarare autem contractus legitimos aut illegitimos, personas habiles vel inhabiles, proprium est Ecclesiæ: Nam Luc. 10. *Quos vos audit, me audit. Matt. 16. Tibi dabo Claves, &c. Ioan. vlt. Pasce oues meas.* 3. In Veteri Testamento præter ius diuinū & naturale erant leges iudiciales & ceremoniales; quas antiquauit Christus: itaq; in Ecclesia præter ius diuinū & naturale oportuit esse leges Ecclesiasticas. Non minus quàm Politicæ sunt de actibus humanis: Matrimonium verò est cōtractus ciuilis in Sacramentalis: vnde disponere de eo potius est Ecclesiæ, quàm Politicæ. 4. Quia vouentes solenniter statum adicit altiori; à quo ad inferiorem reuertitur absurdum est; quin & scandalosum professionem publicā publicè infringeres: Quare subiectos Ecclesiæ hæc cogere ad votum reddēdu potest; arcereq; à cōtracto.

DICO AD I. Desponsatio non est donatio vlli facta; itaq; relinquit hominē sui iuris. II. Peccat post sponsalia contrahens cum alio; contractum tamen non dirimit. AD III. Vouere ad Desponsare est eniq; liberum: at Votum seruatum est necessarium, ob statum: Desponsatio autem nō seruata inducit peccatum; non tamen ideo dirimit contractum insolubilem.

AD IV. Vxor repetit, quod habet proprium: Sponsa verò nondum possedit.

QVÆSTIO CXVIII.

*Impediantur, an Dirimantur Matrimonia per Crimen, & Disparitatem cultus?*

LUTHERVS in Capt. Babyl. Melanch. in Locis. &c. carpunt Ecclesiam, quod adulterium cum homicidio ponant esse impedimentum dirimens matrimonium subsecutum. Quia David, 2. Reg. 11. duxit Bersabæam post adulterium & homicidium.

AVTOR. Qui aliam adulterat, postea cum ea contrahens, habet impedimentum, dirimens contractum matrimonium. Item, qui viuo compare sibi spōdet matrimonium. Item qui coniugem alterius occidit, vt alteri nubat. Quia sic sanxerunt Concilia, & Papa.

DICO AD DAVID: Quia hoc impedimentum est de solo iure Ecclesiastico, non diuino: ideo non impediēbat contrahendum, nec dirimebat contractum. Neque forsā iam nunc dirimeret; quia Bersabæa vt cōsenserit in adulteriū, non tamen in homicidiū, vt de quo nesciuit.

II. LUTHERVS, *ibid.* Cultus disparitatem negat dirimere aut impedire matrimonium fidelis cum infideli seu non baptizato, seu baptizato. Quia Deus id non prohibuisse legitur: nec Monica nupsit infidei. Melancthon in *Locis* ait, bono id animo ab Ecclesia prohibetur; sed velle minus rigidè observari.

AVTOR. I. Fideli cum infideli aut heretico cōtrahere nō licet. 1. Sic Scriptura in *Antichristo* p. 3. q. 46. 2. Sic Concil. Chalcedonense, an. 541. Agathense anno 506. &c. 3. Sic Patres, Tertull. Amb. August. 4. *Ratio*. Quia id multa affert incommoda, vt periculū apostatadi: at Eccl. 3. *Qui amat periculū, peribit in illo*: discordia, scandalum, prolis educio mala. &c.

II. Cōtractum tamen tale nō est irritum iure vllō Dei, naturæ, aut Ecclesiæ. Nam, etsi 1. *Cor.* 7. permittatur discessio fidelis, ab infideli nolēre conuerti; tamen cōtrahere nō prohibetur cum tali in spe

conuersionis. 1. Quia id nō tollit omnino fidē matrimonij, etsi quodam modo impediāt. 2. Sic Iacob duxit idololatrias, Ioseph Ægyptiā, Moytes Æthiopiā, Esther Assuerum, Salomon alienigas, Dauid filiam regis Gessur 2. *Reg.* 3. Monica infidelem. &c.

III. Idem tale Matrimon. non est etiam impedimentum Dirimens vllō iure Diuino posituo. Nā illa: *Tantum in Domino*; Et, *Nolite iugū ducere cum infidelibus* probant solum Matrimon. non esse contrahendum: nō autem, quod sit irritum. Irritatio proinde, 1. *Esdra* 9. 10. facta fuit iudicialis, nō naturalis; ideo lex vetus talia matrimonia cum infidelibus vetabat, facta, nō irritabat. Idē de Cult<sup>o</sup> disparitate est iudiciū; factū tenet; etsi fieri vetetur.

IV. Matrimonium fidelis cum nō baptizato infideli est irritum, ex more Christiano, vim legis obtinēte. Sic n. iam ab 400. annis habitum est in Ecclesia 4. d. 9. Gratian<sup>o</sup> 28. q. 2. Theologi & Canonistæ. *Dispensare tamē* Papa potest, cū non sit præceptum vel diuinum, vel naturale.

DICO AD LUTHERUM & Melancthonem, &c. Exēpla legis naturæ, aut Mosaiæ nil præscribunt hac in re Christianis: quia *Vel* nō faciebant in legē naturæ; *Vel* conuertebantur infideles; *Vel* apertè redarguuntur, vt Salomon; *Vel* ignorantia, & consuetudine praua excusantur.

QVÆSTIO CXIX.

*Quota Cognatio Impediat, Dirimatue Matrimonium, & quo Iure.*

I. WICLEVS l. 4. *Trialogi.* c. 20. Cognatio in primo gradu recto solum, non in transuerso prohibet vt fratres & sorores inire matrimonia possint licita; teste Th. Wald. tom. 2. de *Sacram.* c. 134.

II. LUTHERVS in Capt. Babyl. &c. Bucetus in *Mat.* 29. Solos cognationis gradus, *Leuitici* cap. 18. expressos, prohiberi, primum & secundum; ceteros, vt confictos, reiciendos.

III. MELANCHTHON. in *Locis cit. de Coniugio* Kemnitius par. 2. Exam. pag. 1230. Et illos in *Leuitico*, & alios in *Ecclesia antiqua* recte prohiberi, quod naturalem iustitiam normam continent: Modò non obligent ad peccatum, sed libertatem conscientie relinquant.

IV. BRENTIUS in *Conf. Wirtemb. & in Apolo eiusdem*, vult in his seruari solum legem Ciuilem Imperatorum. Idem in *Comment. in Leu. 18.* asserit, 1. Legem diuinam *Leuitici* nil ad christianos pertinere, 2. Solum Legislatoris esse, constituere gradus, 3. Moysen, Papam, Cæsarem de iis statuisse; at nullum simpliciter admitti posse, 4. In quibus gradibus tres consentiunt; eos censeri esse legis naturæ, 5. Seruandam præterea esse consuetudinem cuiusque loci, ad arbitrium prudentium.

V. CALVINUS in *Inst. l. 4. c. 19. §. ult.* reprehendit *Ecclesiam*, quod gradus prohibuerit præter morem Gentium, & Moysis politiam; & excogitarit cognationem spiritalem. BEZA *lib. de repudiis distinctus*: 1. Gradus supputandi modum Canonistarum absurdum esse, 2. Gradus *Leuitici* seruandos iure diuino, 3. Collectos à simili item, 4. Itemque Leges ciuiles.

AVTOR. I. Cognationis gradus bene supputat Ius Ciuile, vt sint tot gradus, quot personæ à stipite, in ordine recto: in quo nõ differt à iure Canon. At in Trãuerso numerat à secundo, qui est fratrem plurimum; nam vnus dicitur filius, nõ frater, &c. 2. Ius Canonic. melius supputat à stipite. Quia *Cognatio est vinculum ab vno*: ideo gradus optime sumitur ab illo vno: Hinc quot personæ numerantur à stipite exclusiue, tot & gradus sunt. Iura Graduum sunt ista:

1. *Corsã*. } *Recta est Transuersa in gradu 1. Irritat iure naturali*  
*guinita*. } *Recta solius in gradu 2. minimum vetat iure naturali*  
*in linea*. } *Utriusque in gradu 1. 2. 3. irritat iure Ecclesiastico.*

2. *Affinitas* in linea Recta in gradu 1. minimum vetat iure naturali:

At certè vetat in primo transuersa iure eodem. In Vtriusque gradu 1. 2. 3. 4. irritat iure Ecclesiastico.

3. *Paternitas & Compaternitas* irritant iure nouo Trident. olim etiam *Fraternitas* irritabat.

## QVÆSTIO CXX.

An omnia præcepta *Leuitici* de gradibus Cognationis sint de iure natura?

LUTHERVS, BUCCIVS, MELANCHTHON, KEMNITIVS, CALVINVS, BEZA, &c. affirmant, omnia esse Naturalia; & proinde indispensabilia.

SVADENT istis. 1. Melanch. Brent. &c. Deus, *Leuit. 18. & 20.* ait, & puuiturũ Palæstinis ob incæsta connubia, quæ ibidem prohibet vt abominaciones: Ergo sunt legis naturæ, non Iudicialia; vt quæ gentes obligabant. 2. Paulus incestuosum Corinthiũ puuiturũ; ergo tenebatur lege naturali & Christiana; non Iudiciali. 3. Baptista confirmauit legem *Leuitici* Mat. 14. Mar. 6. *Non licet tibi, H. rodi et hinc, habere uxorem fratris tui.* 4. Pater *Leuitici* grauissime indicant legem esse naturalem, vt necari, filiis orbari, excludi aditu tempore. 5. *Brentius*. Moyses & Cæsar conueniunt in prohibendis gradibus multis; itaque lex prohibens est Naturalis, non Iudicialis. 6. S. Augustinus videtur gradus *Leuitici* omnes reducere ad Decalogum. Ergo.

AVTOR. I. Non obligant iure Diuino Christianos præcepta omnia graduum in *Leuitico*; quia non sunt naturalia omnia: sed quædam Iudicialia.

Naturale autem præceptum prohibitorium trifariã capitur. 1. De re intrinseca mala, vt metiri, mœchari, &c. De re mala semper, nisi in extrema necessitate, vt tollerere alienũ inuito Domino. 3. De re mala absolute sumta; quæ tamẽ mutatis circumstantiis fieri bona possit, vt occidere hominẽ. Hoc tertio modo præcepta naturalia habet vim legis, si agatur de re nõ de sumta; secº delumta cũ circumstantiis sic enim res ea mutabiles sunt, & non apud omnes eadem. Gradus *Leuitici* iuris naturalis 1. & 2. modo; iuxta Theologos potiores: ideoque dispensabiles sumti cum circumstantiis, non audeo solũ. Et hoc modo sunt naturalis; non Iudicialis.

Itaq; in Leuitico grad<sup>o</sup> quidā sunt legis naturalis; quidā Iudicialis. 1. Quia patet ex pœnis *Leu. 20.* vbi matrimonia Cōsanguinitatis in 1. gradu lineæ rectæ & trāuersæ; Et Affinitatis 1. gradu lineæ rectæ; puniūtur morte; cetera in gradu 2. & 3. lenius. Ita n. iunguntur ibi Sodoma; quæ est contra legē naturæ. 2. Quia Lex naturę semper obligat omnes; at S. Patriarchæ cōnubia adierunt in 2. & 3. gradu Leuitici: vt Iacob habuit duas sorores, *Gen. 29.* Iudas, *Gen. 38.* primogeniti vxorē dedit secundogenito; & promisit tertio-genito. Moyses, *Exod. 6.* natus est cōiugio nepotis & amitæ. Neq; hæc facta sunt dispēsante Deo propter mysterium; sed ex Cōsuetudine, quā licuit duas sorores vni viro nubere: nec S. Patres vnquā ibi mysteriū agnouerunt. Neq; peccarūt vt volunt Calu Beza, Melancht. quia mansissent in peccato illo. 3. Quia ibi prohibita alibi sunt licita in eod. gradu 2. vel 3. vt auunculi cū nepte ex sorore. Vide *Bell. 6. 27.* 4. *Deut. 25.* præcipitur, vt frater vxorem ducat fratris illiberis mortui: quod cōtra ius naturæ non est; & tamē *Leu. 18.* prohibetur: ergo non omnia ibi prohibita sunt iuris naturę. Item, *Gen. 1.* Abraham & Nachor fratres duxere duas filias sui fratris Arā in 2. gradu; nec cōtra 1<sup>o</sup> naturę.

DICO AD I. Panicbantur ob cōnubia vndē cōtraria naturæ; ob adulteria, & Sodomias, & idololatriā Nam istud *Leu. 18.* *Ad proximā sanguinis cui nemo accedat,* vndē, sine circumstātiis est legis naturæ: cum circumstātiis non est legis naturæ in 2 & 3. gradu.

AD II. Probabili est S. Ambr. & S. Thomæ Corinthi ū viuo patre incestasse noueram; nam 1. *Cor. 7.* *Scripti sunt propter eum qui passus est iniuriā.* AD III. Christus non Baptista, finit legē; & hanc pro-

fitēs Herodes eā tenebatur, teste S. Hier.

AD IV. Liquet suprā. AD V. Falsum assumtū: quia Cēsar vetat cōnubiū cum sorore vxoris mortuæ; Moyses permittit, teste Brentio. AD VI. Augustinus distinguit, vxorē ducere patris, fratris, patris Viuētis, adulterari est contra Decalogum & Leuiticū: at Mortui, non.

#### QVÆSTIO CXXI.

*An rectē prohibeantur Coniugia olim ad se primū, nunc ad vsq; gradum quartum?*

LVTHERANI & CALVINIANI iuxta negāt rectē prohiberi ab Ecclesia Patet *f. pr. q. 119.*

SVADENT istis. 1. Brentius in *Leuit. 18.* *Christus non venit leges potius condere: sed prædicare Euangelium. Ergo nec Pontifex debet leges ferre politicas.* 2. Luther, in *Capit. Babyl.* & Bucerus in *Mat. 19.* *Deus non prohibuit coniugia, nisi vsq; ad secundum gradum in linea inæquali: ergo temerē audeat plures prohibere Pa. 3.* Beza, Kemnitius; in Concilio Epauuensi can. 30. Turonensi 1. *Can. 12.* solum prohibentur vsque ad 2. gradum; ergo antiquitati fuerunt incogniti gradus 3. 4. 5. 6. 7.

AVTOR. Ecclesia potest ferre leges; tulitq; iuste, de gradibus cognationis. 1. Quia ait S. Aug. l. 15. *Ciu. c. 16.* *Inest humana verecūdie quiddā naturale, vt, cui debet propinquitatis verecūdiā, ab eo contineat libidinē.* 2. Quia cognati vsq; ad 4. gradū plerūq; in eadē domo degunt: quo magis viuāt innoxii, quasi necessaria accidit hæc prohibitio. Sic S. Amb. *ep. 66.* 3. Vt charitatis studiū latius inter extraneos propagetur. Sic S. Amb. *ep. 66.* 4. Cōsanguinei se naturaliter diligunt, si amor cōiugalis accederet, foret immoderatus. Sic *Aristotel. 1. 2. Politicorum.*

DICO AD I. Christus & non tulit, ferre tamē potuit; ergo potest & Vicari<sup>o</sup> Christi. Deinde cum matrim. sit sacramentū, leges de eo non sunt merē politice

ca, sed & Ecclesiastica: Vnde & Christus sustulit polygamiã, & repudium, lege latã matrimoniali. AD II. Aliud cõuenit vni Iudæ; aliud toti Ecclesiæ omnium nationũ. Cũ autẽ Iudæi essent proni ad repudia, ideo in eadẽ tribui, & cognatione nubere sunt iussi, vt rariora essent cõnubia: quæ ratio non valet inter Christianos, ait *S. August. l. 15. Cinit. c. 16.*

AD III. Falsum est antiquitati ignotos gradus plures secundo vel tertio fuisse. Nã Alexãder II. in Conc. Lateran. anno 1060. prodit olim vsq; ad 7. gradum prohibita cõnubia. *S. Greg. l. 12. ep. 31.* sub annum 600. dispensauit cum Anglis conuersis in 3 & 4. gradu. &c.

#### Q V Æ S T I O C X X I I.

*Num quæ alia sint impedimenta?*

**L**VTHERVS in *Capt. Babyl. & Beza lib. de repud.* Omnes Christiani sunt spirituales fratres; ergo aut cognatio spiritalis non est impedimentum connubial; aut cum Iolis ethnicis erat contrahendum.

AVTOR. Verè impedimẽta sunt. 1. *Cognatio spiritalis & legalis:* ob causas quatuor prædictas, Et ea non quælibet, sed nominata per Ecclesiã, sc. quæ ex Baptismo & Cõfirmatiõe oritur: in quib. vnus ab alio recipit esse spirituale, vt ei idcirco reuerentiã debeat. 2. *Publica honestas* est inchoata quædam affinitas; ideo vt perfecta affinitas dirimit in omnib. gradibus; sic in aliquo inchoata. 3. *Affinitas ex fornicatione* est vera affinitas nã *1. Cor. 6. Qui ad haret meretricii, vnũ corpus efficitur:* sicut per affinitatẽ ex matrimonio perfectã erunt duo in carne vna Ideo Dauid, *2. Reg. 20.* cõubinas suas, ab Absolone cognatas, à sese separauit, seu factas sibi nurus in filii connubio.

II. **LVTHERANI & Calviniani** nunc probant, quòd clandestina reprobemus: at improbant, quòd ante Concilium Tridentinum habita sint rata.

AVTOR. Impedimentũ nõ dirimens est Interdictũ Ecclesiæ illud de Clandestinis matrimon. Olim in Concil. Later. prohibita sunt; nũc in Trid. etiã irritata sunt; vt, tametsi cõsuetudinalia matrim. adsint omnia, nõ tamẽ modus

honestus; ideo censentur detestanda: Sicut, qui in peccato mortali sciens baptizatur, verè baptizatur, sed modo detestabili.

III. **KEMNITIVS** par. 2. Exam. pag. 107. CALVINVS *Instit. l. 4. c. 19. §. ult.* laudant legem de temporibus innuptialibus; arguunt tamen, 1. Quòd causa olim instituti illius cessare; sc. quòd Christiani ter in anno communicarent; nunc semel tantum. 2. Quòd nunc affingatur tempori sanctitas, impatiens copulæ coniugalis.

AVTOR. Tempora innuba rectè sunt constituta, vt sanctiora ob mysteriũ factius recollendũ triplex, Natale, Paschale, & Pẽtecostenle, quib. in Conc. Agathensi cõmunicare singuli iubebantur. Concil. Trid. solum Aduentum, & Quadragesimam constituit.

DICO AD I. Non sola Synaxis, sed etiam festorum celebritas est causa prohibitionis innube. AD II. Calumniã est mẽdax non solũ nuptiarũ celebratio prohibetur; nõ copulæ coniugalis, non sponsalia. Abstineret tamen à copulæ coniugali decet, ob orationẽ: *Vt. Epist. 19. H. brai ad legẽ accipiendã: 1. Cor. 12. Sicut in mundis ab vxotibus nesci licebat panibus p. oppositionis.*

IV. **MELANCHTHON** in *Loci. Bre. titus in Concil. Wirtemb.* Causas matrimonii solitribunt: facti vt magistratu. **KEMNITIVS** distinguit Respond. ad causam conscientiz ex Verbo Dei, est Ministrorum: Sanctitatem leges de matrimonio est politici magistratus. *S. Theodosius* tulit leges matrimoniales.

AVTOR. Causæ coniugales merè *Publicæ*, de dote, hæreditate, &c. ad seculari rerum Magistratũ pertinent: *Spirituales* merè, vt de partibus Sacramenti, de benedictione, ad Ecclesiasticũ. *Mixtæ*, vt de gradibus, diuortio, impedimentis, ad secularẽ, sed subordinate Ecclesiã. Quia matrimonium & Sacramentum sunt inseparabiliter coniuncta: Et eorũ leges pendunt ex Verbo Dei: Et Christus ipse respondit ius de diuortio & repudio, *Mat. 19. Et Apost. 1. Cor. 7.* Sic & Concilia, *Papæ, Episcopi;* ergo: Demum in Ver. Testa. in rebus dubiis ad xi. iudicatur Sacerdos vt Iudex, non vt Consiliarius: adeo vt inobediens, *Deut. 17.* mandaretur occidi. Hinc aliquot responsio Nouatores. FINIS.